Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Dissertatio litteraria de Aristarchi commentatione peri tou naustathmou instauranda

https://hdl.handle.net/1874/242418

DE ARISTARCHI COMMENTATIONE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΑΥΣΤΑΘΜΟΥ

INSTAURANDA.

DE ARISTARCHI COMMENTATIONE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΑΥΣΤΑΘΜΟΥ

INSTAURANDA.

Diss. Utrecht 1879

DISSERTATIO LITTERARIA

DE

ARISTARCHI COMMENTATIONE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΑΥΣΤΑΘΜΟΥ

INSTAURANDA,

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IACOBI ANTONII FRUIN,

IUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET IN FACULTATE IUR. PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS

PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM

DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

BASTIANUS IANUS GOEDHART,

DORDRACENUS,

ad diem XXVIII m. Iunii A. MDCCCLXXIX, Hora I.

BIBLIOTHEEK DER UNIVERSITEIT TE UTRECHT

TRAIECTI AD RHENUM,
APUD I. VAN DRUTEN.
MDCCCLXXIX.

AAN MIJNEN VADER.

τὸ (δ') ἄρσεν αἰνῶ πάντα, πλὴν γάμου τυχεῖν,
ἅπαντι θυμῷ, χάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός.

Aesch. Eum. 737.

Waarde Vader, wien zou ik anders, wien liever dit proefschrift opdragen, dan aan U? Op Uwe school ontving ik mijn eerste onderricht als leerling, maar ook mijne voornaamste leiding als docent. Toen later onze wegen scheidden, liet Gij mij gaan met eene vrijgevigheid, niet genoeg te waardeeren, en nooit heeft het mij van Uwe zijde aan krachtigen steun of warme belangstelling ontbroken. Neem Gij dan ook deze bladzijden, het slot mijner academische studiën, aan en wil in deze opdracht een gering blijk mijner innige dankbaarheid zien, maar bovenal een bewijs der hartelijke toegenegenheid van

UWEN OUDSTEN ZOON.

PRAEFATIO.

Vale dicturus Viris praeclaris, quos praeceptores me habuisse semper gaudium mihi praebebit, libentissime hanc occasionem amplector

ὄφρ᾽ εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.

Tibi, Clarissime VAN HERWERDEN, *quo promotore glorior, hic prae ceteris grati mei testimonia animi obveniant! Tua enim egregia institutione uti, ex Tuae mentis vi ac sollertia largos fructus percipere mihi contigit, neque benevolentia Tua me hunc libellum in lucem proferentem deseruit. Quae erga me merita semper in memoria retinebo. Aeque*

manet alta mente repostum

beneficium, quod a Te, Vir Clarissime OPZOOMER *accepi, quum tanto ingenii acumine veri investigandi mihi monstrasti viam, atque elegantiae doctrinae praecepta tam*

dulci oratione me docuisti, ut numquam nisi maioris ardoris studii particeps a Te decederem.

Vobis quoque palam gratias referre cupio, Viri Clarissimi Brill *et* Wijnne, *quorum uberrimas scholas frequentasse non possum non lactari. Has meas gratias accipiatis eo animo, quo Vobis afferuntur.*

Vos omnes, Aestumatissimi Praeceptores, me singulari prosecuti estis humanitate, cuius humanitatis quot quantaque apud me deposita sint documenta, dum vita suppetet, persentiam.

Sit Vobis vita longaeva in huius Academiae decus!

ARGUMENTI DISPOSITIO.

PRAEFATIO. Pag.

INTRODUCTIO . . . . . 1.

CAPUT I.

DE LOCIS AD GRAECORUM CASTRA PERTINENTIBUS.

§ 1. De nomine quo navale solet appellare poeta . 15.

§ 2. De castrorum situ . . . . . 18.

§ 3. De vi vocabulorum *χρύσαι* et *πρόχρυσσαι* ac de navium dispositione . . . . . 20.

§ 4. De statione quam habebant aliquot Graecorum duces . . . . . 38.

§ 5. De castrorum portis . . . . . 55.

§ 6. De fossa . . . . . 65.

§ 7. De locutione *ἐπ' ἀριστερά* . . . . . 69.

§ 8. De scholiis ad *O* 385 et 449 . . . . . 71.

CAPUT II.

DE LOCIS, UBI TROIA ET AGER TROIANUS COMMEMORANTUR.

§ 9. De Ilio eiusque portis . . . . . 77.
§ 10. De agro Troiano . . . . . 84.

CAPUT III.

§ 11. Conclusio . . . . . 95.

INTRODUCTIO.

Nullus fortasse veterum scriptorum inde a priscis temporibus ad nostram usque aetatem tantam de rebus diversissimis disputandi investigandique materiem praebuit, quantam vates divinus cuius immortalia carmina aeque iuventuti poesis studiosae ac viris doctissimis provecta aetate etiam nunc in deliciis sunt, Homerum volo. Neque id mirum debet videri, nam ut sint plures quaestiones veluti de sermonis proprietate, de conditione textus, de scriptoris stilo et arte, epico poetae cum aliis scriptoribus antiquis communes, sunt tamen certae quaedam controversiae quae illi maxime propriae dici possunt, eas volo quae ad Homeri nomen, personam, patriam, ad carminumque quae ei tribuuntur compositionem, originem atque aetatem pertinent. Quae quaestiones inde a Wolfio, viri eruditissimi indefessa industria nec semper sine ira et studio pertractarunt hodieque agitant

neque ullam earum ita solutam esse dicas ut nemo amplius dubitet.

Locorum autem quae in poemate commemorantur definitio, sive res vere gestae sive fictae canuntur, quantum ad rite cognoscendum et recte interpretandum poetam valeat, vix quemquam in Homero vel mediocriter versatum fugere potest neque olim doctos Alexandrinos latuit quibus in intimos linguae litterarumque Graecarum recessus penetrare licebat. Unde factum ut Aristarchus inter alia quae plurima scripsit ad duplicem quam condidit Homeri recensionem illustrandam singularem composuerit commentationem de navalibus, ut nos docet schol. A ad K 53. Cf. schol. A ad O 449 et quae § 10 disputabo de schol. A ad Z 4. Hanc igitur commentationem quae paucissimis locis exceptis iniuria temporum periit, ego summos petiturus in litteris humanioribus honores, non tam ad integrum restituere conabor, longissime enim illud opus cum id quod omnino fieri potest tum modicas meas vires superaret, quam vestigia scriptionis perditae, quoad eius facere potero, studebo persequi. — Scripturus igitur de Aristarchi disputatione *περὶ τοῦ ναυστάθμου* instauranda, primum de fontibus agam, unde mihi hauriendum erat, tum de via ac ratione quam in hac dissertatione componenda secutus sum, quaedam praefabor.

Omnes ii loci, ubi Aristarchi commentationem de navalibus nominatim laudatam habemus, scholia sunt

et quidem inveniuntur in codice Veneto A. Studium igitur quod susceperam, incohavi in diligenter legendis ac relegendis illis scholiis quae Primo et Secundo continentur Volumine eius Scholiorum in Homeri Iliadem Graecorum recensionis quam Oxonii anno 1875 in publicum emisit Guilielmus Dindorfius. Quorum scholiorum collectionem ex quatuor grammaticorum scriptis compositam esse constat, quod diserte subscriptiones singulis rhapsodiis adiectae indicant hisce verbis: *παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα, καὶ τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως, τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας Ἡρωδιανοῦ καὶ ἐκ τοῦ Νικάνορος περὶ στιγμῆς*, vel *περὶ τῆς Ὁμηρικῆς στιγμῆς*, ut legitur in fine rhapsodiae tertiae et quartae.

Subscriptione duae carent rhapsodiae *P* et *Ω*, quarum, ut docuit Dindorfius in Praefatione ad Scholiorum Vol. I p. 6, »prior in lacunam incidit, amisso folio vetere (versus 729—761 complexo), cui recentius sine subscriptione folium est substitutum, alteram omisit librarius non repertam in codice ex quo postremorum huius rhapsodiae foliorum scholia descripsit.«

Affirmat igitur qui haec omnia collegit, ut quae Bergkius Hist. Litt. Gr. Vol. I p. 908 in annotatione 63 scripserit, Latine vertam, «se Aristonicum et Didymum integros reddere, qua in re tamen verba et litteras sequi non debemus. Etenim licet summam rerum ita repetiverit, ut nihil magni momenti praetermitteret,

attamen hic etiam archetypum in breviorem formam redegit.»

Scholia Iliadis sunt aut marginalia aut intermarginalia, ut ea distinxit Dindorfius qui ibid. p. 7 de posterioribus iudicat hisce verbis usus: «Medium inter scholia marginalia et textum locum tenent scholia brevissima, quae intermarginalia dicimus, id est scholia quae in angusto, quod inter scholia marginalia et textum relictum est spatio marginis interioris sunt adscripta. Sunt autem pleraque omnia ex Aristonico et Didymo excerpta, quum auctori hoc potissimum propositum esset, ut Zenodoti et Aristarchi lectiones exponeret; quarum notationum pars maxima quum vel iisdem vel paullo pluribus verbis etiam in scholiis marginalibus legatur, intermarginalia ex marginalibus excerpta et in formam breviorem redacta videri possent, nisi plurima continerent quae non leguntur in marginalibus quemadmodum vicissim multa quae in marginalibus de Zenodoti, Aristarchi, aliorumque grammaticorum scripturis traduntur, non reperiuntur in intermarginalibus: ex quo sequitur intermarginalia non ex marginalibus huius codicis, sed ex simili aliqua scholiorum collectione ab alio grammatico esse excerpta, nulla habita ratione scholiorum quae iam scripta in margine essent, nisi quod paucis quibusdam in locis annotationes intermarginales ad scholia spectant marginalia.»

Quae omnia hic exscripsi ut appareret quo sensu nomen «scholia intermarginalia» hac in dissertatione

adhibuerim. Atque id ipsum moneo propter ea quae in censura Scholiorum Graecorum a Dindorfio editorum hac de re disputavit Adolphius Roemerus in Fleckeisenii Annalibus CXIII anni 1876 p. 434. — «Falsissima» inquit vir doctus, Germanice tamen locutus, «eorum est sententia qui haec omnia brevissima scholia in angusto spatio inter scholia marginalia ac textum scripta fuisse ducunt. Immo vero scholia ita divisa sunt, ut ampliora quidem legantur in margine, at breviora vel initio vel in fine singulorum versuum adiecta sint, quo factum est ut partim inter textum et scholia marginalia, partim in altero margine qui scholiis marginalibus careat, locum teneant.» Reiecto igitur intermarginalium scholiorum nomine, vir doctus ea vocari malit Textscholien. — Vere quidem haec dixisse Roemerum non nego at eam rem Dindorfium fugisse et multas alias ob causas et v. c. propter id, quod Vol. II p. 174 aliquot scholiorum locum indicat scil. «in margine exteriore propter spatii angustiam», credere non possum.

Quo igitur modo ex illa scholiorum collectione reliquias Aristarcheae dissertationis eruere debemus? Quis vero est qui ignoret, id munus obiri non posse nisi Lehrsii operis de Aristarcho habita ratione? Quod «tribuens dederis quoque cetera,» veniam dico pleraque quae ille de Aristarchea doctrina disputavit, ut satis certa et in vulgus nota, prout postulabit mei argumenti ratio, sive recipiendi sive omittendi.

Inter alia quidem quae quippe ab nostro consilio remotiora valere iubemus, Aristonicus teste Suida i. v. *περὶ τῶν σημείων τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας* scripsit, «id unum totumque agens, ut quas Aristarchus notas versibus Homericis apposuerat, eas indicaret easque ita illustraret, ut causas argumentaque Aristarchi observationesque, quibus stabiliendis illae notae servirent, congereret.» Vid. Lehrsii de Aristarchi Studiis Homericis editio altera p. 6. Atque ibidem p. 12 vir praeclarus argumentationem suam sic concludit: «Ergo hoc dicimus, omnes, quas Aristonicus tractat, notas Aristarchi esse. Concedimus tamen uno alterove loco a discipulis signa addita esse ex mente Aristarchi.»

Itaque officium meum primum in Aristonici notis indagandis versabitur, tum demum utrum quae illi grammatico, itaque Aristarcho quoque adiudicanda sint, dissertationi eius de navalibus assignari debeant necne, coniectura conabor assequi. Qua in re non ipsa Aristarchi verba expiscari studebo, nam id fieri non posse unicuique patet, sed eius sententias quas in disputationem deperditam recepit.

Ut iam supra monui, Nicanori qui (vid. Suidas i. v.) de interpunctione apud Homerum egit, Aristarchi commentatio topographica non ignota fuisse potest. Ergo huius etiam grammatici annotationes nobis perquirendae sunt.

Herodianum autem quem ipsum operis argumentum

fere impediebat, quominus Aristarcheam commentationem de navalibus attingeret et Didymum silentio praeterire possum. Nullum enim quod sciam exstat indicium, unde disputationem deperditam eos cognovisse apparet. Equidem certe frustra quaesivi. — Haec hactenus de Veneto A.

Inter scholia codicis Veneti B, ut iterum mea faciam verba Dindorfii et quidem in Praef. ad Scholiorum Vol. I p. 11 sq., «non pauca reperiuntur quibus caret Venetus A, quemadmodum vicissim in alteris illis multo plura desiderantur, quae in scholiis Veneti A sunt servata, ut manifestum sit scholiis veteribus idem accidisse quod aliis omnibus scholiorum collectionibus, ut posteriorum temporum grammatici et librarii scholia vetera alii aliter certa nulla lege excerperent et compendifacerent vel novis amplificarent additamentis.» Aeque ac Venetum A igitur legi et relegi codicem B, cuius scholia recensuit Dindorfius Voll. III et IV.

Neque omitti par est codicem Victorianum, ex quo Lehrsius p. 225 scholium ad M 128 quod Aristarchi annotationem continet chorographicam, excerpsit. Meum igitur duxi cum Venetis AB scholia componere codicum V ac L (Lipsiensis) et quidem ex recensione Immanuelis Bekkeri quae anno 1825 prodiit.

Nondum tamen fontium copiam exhausimus. Etenim, ut docuit Lehrsius p. 34, »Eustathius usus est scholiorum volumine eorum, quae hodie Venetus A

habet.» Cuius rei non immemor Archiepiscopi Thessalonicensis Commentarios ad Homeri Iliadem comparavi cum iis scholiis, quae in codd. ABVL vel quodammodo digna mihi videbantur quae perpenderem. Ad manus habui editionem Weigelianam anni 1827. Ne vitio forte mihi vertas, quod raro commentator tibi hac in dissertatione occurrat, hic monere volui, me hunc scriptorem ubi vel nihil vel pauca tantum eaque nullius momenti perhibuerit, semper silentio praeteriisse, quod idem de reliquis meis fontibus valet.

Perlustrandum mihi porro Apollonii erat Lexicon Homericum. Annotationes enim quas veluti de vocabulis *ἀντί*, *ἔρμα*, *ζωστήρ*, *νέον*, *φόβος*, *ὧδε* tradit, sunt Aristarchi, qui nominatim etiam laudatur. Unde rursus a Lehrsio p. 7 efficitur Aristarchi notas ab Aristonico illustratas intelligi. »Etenim complures hic sine nomine positae sunt observationes, quas aliunde (scil. ex Apollonio) tenemus Aristarchi esse.» Eius Lexiconis Apollonii copia mihi fuit, quod anno 1788 impensis Luchtmansiorum ex editione Parisiensi repetiit Hermannus Tollius.

Irrita tamen re domum redii nec prosperiore fortuna usus sum in itinere quod per Apollodori fines suscepi. Dicat quispiam: quo tandem tendis? Evolvas quaeso Suidam i. v. ac Porphyrii notam apud Eust. 263. 37 et Lehrsium p. 244. Quid ergo novimus? Haece: Apollodorus Atheniensis, unus ex Aristarchi discipulis, *ἐπραγματεύσατο τὰ περὶ τοῦ καταλόγου ἄριστα ἐν δώδεκα*

βιβλίοις. Quid porro? «Ab Aristarcho aliquantum profecit Demetrius Scepsius, omnia Apollodorus, et ab hoc utroque fluxit quidquid in his rebus (scil. geographicis et chorographicis) Strabo sobrie et sano iudicio ut satisfacere possit disputavit.»

Demetrius autem Scepsius, aequalis Cratetis et Aristarchi, τὸν Τρωικὸν διάκοσμον enarravit (Strab. XIII. 1. 55. p. 609), quae res ei tantae fuit curae, ὥστε τριάκοντα βίβλους συγγράψαι (ibid. § 45. p. 603).

Denique Strabo ex Apollodoro multa excerpsit, de qua re vid. Lehrsius p. 188, 229, 233, ac «si quis de Strabonis fontibus disputans ita scribit ut intentis oculis spectanti semel vel bis Apollodori nomen occurrat, is multum abest ut hunc locum exhauserit», ut ait idem p. 244.

Cuius viri doctissimi consilii memor de Apollodori Commentario ad Navium Recensionem, Strabonis fonte in Musaeo Rhenano XXXII 1877 p. 267 sqq. diligenter scripsit Benedictus Nieseus, qui hanc proposuit sententiam: »Solo fere Apollodoro usus est Strabo libb. VIII—X, qui ex eodem praecipue fonte hausit libb. XII. 3—XIV; ceterum in libro VII facile vestigia videri possunt eiusdem scriptoris, ex quo denique duae libri I partes petitae fuere.»

Ut infra videbimus, Aristarchus in commentatione deperdita Troiam non silentio praetermisit, cui urbi libro XIII maxime immoratur Strabo. Totius autem Graeciae, ergo Graecorum quoque ducum patriarum

descriptionem geographus complectitur libb. VIII—X. Quin etiam libro VIII Navium catalogum pertractat aliosque locos quamplures carminum Homericorum atque Hellespontum in fine libri VII.

Itaque nostro proposito iudicavimus consentaneum explorare, num adhuc vestigia Aristarcheae commentationis lateant in iis operibus quorum titulos subiungam:

Apollodori Fragmenta in Fragm. Hist. Graec. ex recensione Caroli Muelleri 1841, Vol. I p. 453 sqq. ac Demetrii Scepsii reliquiae, quae ibidem Vol. IV p. 382 indicantur.

Strabonis Geographica quae curata a Muellero et Duebnero anno 1853 edidit Ambrosius Firmin Didot, et quidem libb. VII—X ac lib. XIII.

Sed oleum et operam perdidi, quare non opus est ut plura vel de his fontibus vel de Niesei disputatione hic afferam. Unicus est Strabonis locus qui mihi quidem considerandus videbatur, scil IX. 1. 10, de quo loco § 4 dicam quid sentiam.

Talia quidem sunt quae de fontibus hic exponere meum duxi. Quam rationem spe ductus non fore quod in cursibus equestribus Francogalli vocare solent «un faux départ», ad ipsam Aristarchi dissertationem propero,

οὐ γὰρ χρὴ κλοτοπεύειν
οὐδὲ διατρίβειν, ἔτι γὰρ μέγα ἔργον ἄρεκτον.

Perpauci, quod valde dolendum, sunt loci ubi titulus commentationis cuius reliquias colligere tentabo, diserte traditur. Etenim in codicibus BVL disputatio topogra-

phica numquam commemoratur, in Veneto A autem tantummodo novies. Neque igitur, ut vides,

θεσπέσιον πλοῦτον nobis κατέχευε Κρονίων.

Scholia hic exscribam, omissis tamen Homericis locis, quoniam haec omnia in ipsa dissertatione fusius pertractabo.

K 53. ὅτι ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου ὁ Ἀρίσταρχος ἐπραγματεύσατο. ῥητῶς γὰρ λέγεται πλησίον τοῦ Αἴαντος ὁ Ἰδομενεὺς νενεωλκηκέναι.

K 112. πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου, ὅτι πλησίον ὁ Ἰδομενεὺς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου ἐνενεωλκήκει.

K 110. ὅτι πλησίον τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος ὁ Μέγης ἐνενεωλκήκει· καὶ διέσταλκε δέ, προσθεὶς ταχύν. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου.

Λ 6. πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου, ὅτι ἐν μέσῳ τὰς τοῦ Ὀδυσσέως ὑποτίθεται, ἐφ' ἑκατέρου δὲ κέρατος τὰς Ἀχιλλέως καὶ Αἴαντος.

M 258. ὅτι κρόσσας ἐν μὲν τοῖς ὑπομνήμασι κεφαλίδας, ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου κλίμακας.

ἐπὶ τὸν σύνδεσμον μέν εἰ διαστέλλοιμεν, γένοιτο ἂν πύργων ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοὺς πύργους τὰς κλίμακας εἶλκον· εἰ δὲ συνάπτοιμεν κρόσσας πύργων τὰς ἐξοχάς, περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ ναυστάθμου λέγεται. Quae subsequuntur: κατὰ δὲ τὸν πρότερον λόγον κρόσσαι αἱ πολεμικαὶ κλίμακες καὶ τὰ μηχανήματα τὰ ἀνθιστάμενα τοῖς τείχεσιν Nicanori vindicare non ausim. Nihil enim novi praebent. Praeterea suspicione non prorsus caret illa particula δέ,

per quam qui haec scholia congessit plures annotationes nonnumquam connexuit, ut docet Lehrsius p. 28.

N 681. *ὅτι τοῦ Λοκροῦ λέγει Αἴαντος. οὗτος γὰρ πλησίον ἐνεώλκει τοῦ Πρωτεσιλάου. πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου.*

O 449. *ἀθετοῦνται στίχοι γ' — ὕστερον δὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου ἀπολογεῖται. τὸν γὰρ ἡνιόχον φησιν ἀπεστράφθαι πρὸς τὸ πεδίον καὶ τοὺς ἵππους, τὸν δὲ παραιβάτην πρὸς τὰς ναῦς ἐπὶ τοῦ δίφρου, ἵνα ἀπὸ τοῦ ἴσου γένηται ἡ μάχη.*

Σ 68. *τὸ ἐπισχερὼ ἑκατέρωσε δύναται προσδίδοσθαι· καὶ γὰρ τὰς Νηρείδας ἀνιέναι τάξει πρέπον καὶ τὰς ναῦς εἰκὸς ἐφεξῆς τετάχθαι, ὡς ἐν τῷ (τοῖς?) περὶ τοῦ ναυστάθμου λέγεται.*

Haec sunt scholia, ubi Aristarchi commentatio nominatim laudatur. Sunt contra et alia, quae ne titulo quidem addito, illinc etiam originem ducant, cuius rei collatis notis ad K 53 et 112 luculentum exemplum habemus *Γ* 230 ac *Δ* 273 (qui numerus apud Lehrsium p. 225 legi debet pro 251), ubi *A* exhibet:

Γ 230. *ὅτι πλησίον ὁ Ἰδομενεὺς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου ἐτάσσετο* (inserit *καί* Lehrsius) *κατὰ τὴν ἐπιπώλησιν συμφώνως. παραιτητέον ἄρα ἐκεῖνον τὸν στίχον τὸν ἐν τῷ καταλόγῳ ὑπό τινων γεαφόμενον „στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες" (B* 558)· *οὐ γὰρ ἦσαν πλησίον Αἴαντος Ἀθηναῖοι* et

Δ 273. *ὅτι ἡ τάξις Ἰδομενέως πλησίον Αἴαντος,*

πρὸς τοὺς ὑποτάσσοντας τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Τελαμώνιον.

Quidni statim addam, aliis quoque locis scholiastas titulum celavisse? Atque id ipsum nostrae disquisitionis erit principium.

Bis commemoratur *τὸ διάγραμμα*, scilicet

schol. *A* ad *A* 166. *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ περὶ τοῦ ναυστάθμου διάγραμμα· τὸ γὰρ Ἴλου σῆμα κατὰ μέσον εἶναί φησιν ἐν τῷ πεδίῳ* et

schol. *A* ad *A* 807. *πρὸς τὸ τοῦ στρατοπέδου διάγραμμα ὅτι ὑποτίθεται κατὰ μέσον τοῦ ναυστάθμου θεατροειδῆ τόπον εἰς ὄχλου συναγωγήν.*

Illud *διάγραμμα* eo ducit Lehrsium p. 227, ut putet dissertationi additam fuisse tabulam, atque item censet vir clarissimus Naberus p. 29 in opere cui titulus est Quaestiones Homericae, quas anno 1877 Amstelodami edidit Academia Regia disciplinarum Nederlandica.

Sed adhuc mihi quidem dubia lux est ac *πλανῶμαι κατὰ τὴν γνώμην*. Quid mirum?

αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Quapropter hac in re scribe me gregis *τῶν ἐφεκτικῶν*.

Quid autem e ceteris scholiis nobis de Aristarchi disputatione statuendum videtur?

1. Scripsit Aristarchus dissertationem de navalibus Graecorum ad Troiam et quidem more Alexandrinorum, i. e. Homeri habita ratione.

2. *Τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου* post *τὰ ὑπομνήματα* demum scripta fuisse veri est simile.

3. Navium Graecarum illustravit ordinem.

4. Castrorum munimenta non silentio praetermisit.

5. Correxit quae ex iis quae ante scripserat non amplius probare poterat.

6. Ab agro Troiano describendo non abstinuit.

7. Praeter res bellicas alia quoque quae in castris inveniebantur, tradidit.

Quae omnia si ita se habent, in dissertatione perdita Aristarchum tota castra locaque vicina adumbrasse apparet.

Haec igitur sunt fundamenta, licet pauca eaque parva, quibus tamen pro viribus domunculam superstruere studebo, quam, ut Vergili verbis utar,

turrim summis sub astra
eductam tectis, unde omnis Troia videri
et Danaum solitae naves et Achaia castra

non futuram esse valde doleo.

CAPUT I.

DE LOCIS AD GRAECORUM CASTRA PERTINENTIBUS.

---

§ 1.

De nomine quo navale solet appellare poeta.

Nusquam apud Homerum vocabulum occurrit *ναύσταθμον*, quam rem Aristarchum non fugisse patet ex scholiis quae hic adscribam.

A ad *O* 428 et *Π* 239. *ὅτι ἀγῶνι τῷ ἀθροίσματι τῶν νεῶν, ὅ ἐστι τῷ ναυστάθμῳ.*

A ad *Π* 500. *τεύχεα συλήσωσι νεῶν ἐν ἀγῶνι*) *ἡ διπλῆ, ὅτι νεῶν ἀγῶνα τὸ ἄθροισμα, τὸ ναύσταθμον. καὶ ἐν ἄλλοις εἶπε "θεῖον δύσονται ἀγῶνα"* (scil. *Η* 298), *τὴν συναγωγὴν τῶν θεῶν*, ubi affert

Venetus *B ἀγῶνι*) *τῷ ἀθροίσματι τῶν νεῶν· οἱ δὲ τῇ μάχῃ*. Cf. *A* ad *T* 42.

A ad *Ω* 141. *ἐν νηῶν ἀγυρει*) *ὅπερ δι' ἄλλων λέγει νηῶν ἐν ἀγῶνι*, scil. *O* 428.

Habemus hic, dummodo ultimam observationem et schol. B ad *Π* 500 exceperis, ut ex eo quod A ad *Π* 500 initio exhibet — reliquam enim partem critico Alexandrino vindicare non ausim — annotationem Aristonici, itaque Aristarchi, quacum operae est pretium ea componere quae leguntur apud Eust. 1342. 55: *ὅτι τὸ ναύσταθμον νηῶν ἄγυριν λέγει, ὅ ἐστιν ἄθροισιν, ἢ ὡς εἰπεῖν, πανήγυριν. φησὶ γὰρ*

ὣς οἵ γ' ἐν νηῶν ἀγυρει μήτηρ τε καὶ υἱός
πολλὰ πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.

ταὐτὸν δὲ νηῶν ἄγυριν εἰπεῖν καὶ ἀγῶνα, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ νηῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα (*Π* 500).

Ex his igitur locis hoc apparet Aristarchum alicubi in dissertatione sua, fortasse in ipso eius exordio observasse, navale Graecorum ab Homero dictum esse *νηῶν ἄγυριν* aut *ἀγῶνα*, quod significet *ἄθροισμα*.

Animadverterunt scholiastae navium stationem non sic semper sed aliis etiam verbis ab Homero notari. Etenim ad *Ω* 413, ubi Hermes sub Achillis famuli forma moestum patrem anxie inquirentem, an adhuc sit apud naves filius dilectus

ἦέ μιν ἤδη
ἦσι κυσὶν μελεϊστὶ ταμὼν προυθηκεν Ἀχιλλεύς,

hisce verbis consolatur:

ὦ γέρον, οὔ πω τόν γε κύνες φάγον οὐδ' οἰωνοί,

ἀλλ' ἔτι κεῖνος κεῖται Ἀχιλλῆος παρὰ νηί
αὖτως ἐν κλισίῃσι

B exhibet ἐν κλισίησι) ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ ναυστάθμου. Eiusmodi scholia alias quoque repperi.

Ad Ψ 2:

ὣς οἱ μὲν στενάχοντο κατὰ πτόλιν· αὐτὰρ Ἀχαιοί
ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο

AB afferunt νῆας τὸν τόπον ἐνταῦθα τῶν νηῶν λέγει et ad eiusdem libri vs. 259, ubi

„munera principio ante oculos, circoque locantur in medio",

quae ἄεθλα Achilles νηῶν ἐξέφερε, in Veneto *B* ad νηῶν hanc notam legimus: τοῦ τόπου ἔνθα ἦσαν· ἐν νεωλκηθείσῃ γὰρ νηῒ οὐδὲν τίθεται, οὐδὲ διατρίβει τις ἐν αὐτῇ· φησι γοῦν „οἰσέμεναι κλισίηθεν." Haud aliter Duentzerus in sua Iliadis editione explicat: „νηῶν, proprie κλισίης." Cf. *T* 360.

Has vero observationes non crediderim ab Aristonici manu profectas esse. Praeterea magis annotationis exegeticae versibus citatis subiunctae, quam loci ex aliqua commentatione hausti speciem prae se ferunt.

Sed iam satis de nomine. Nunc vero de re ipsa videamus quid nobis statuendum sit.

---

§ 2.

De castrorum situ.

Pauca mihi hic notanda videntur. Aristarcho num tribuendum sit dubito, quod observat Schol. *B* ad *E* 26

Ἵππους δ' ἐξελάσας μεγαθύμου Τυδέος υἱὸς
δῶκεν ἑταίροισιν κατάγειν κοίλας ἐπὶ νῆας

κατάγειν) *ἐν ταπεινῷ γὰρ τὸ ναύσταθμον, ἡ δὲ πόλις ἠνεμόεσσα*, quibus verbis nihil continetur nisi explicatio praepositionis *κατά*. Cf. quae infra disputabo § 4 de schol. *B* ad *Ξ* 28.

Item Aristarcho abiudicanda est naustathmi descriptio quam Strabo XIII. 1. 36 a Demetrio Scepsio partim mutuatur. Etenim ibi geographum audimus, non vero criticum Alexandrinum, cuius scholae nihil ex recentioribus admiscere solaque Homeri verba sequi mos erat.

Ad hanc etiam paragraphum pertinet quod *Ξ* 36 legitur,

πλῆσαν (scil. *νῆες*) *ἁπάσης*
ἠιόνος στόμα μακρόν, ὅσον συνεέργαθον ἄκραι,

ad quem locum in Veneto *A* adscriptum est

ὅσον ἦν διάστημα, ὅσον συνέκλειον καὶ συνεδέσμουν αἱ τοῦ Ἑλλησπόντου ἄκραι, τὸ Ῥοίτειον καὶ τὸ Σίγειον

atque in codice *B* *διὰ τὸ ἔχειν ἐν αὐτῷ κοιλότητα πρὸς τὸ καθορμίζεσθαι τὰς ναῦς* (quae nota mihi esse videtur ad vocabulum *στόμα*). *ἄκραι δὲ τὰ κέρατα τοῦ*

ναυστάθμου, ὧν ἐκτὸς οὐκ ἦν ναῦς. ὅσον οὖν, φησὶ, στόμα συνέκλειον αἱ ἄκραι τῆς ἠιόνος, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κέρως ἐπὶ τὸ ἕτερον.

Si illud *διά*, a quo proximum scholium incipit, ad diplen debet referri textui appositam (cf. Dindorfius Praef. ad Vol. I p. 19), haec observatio ex Aristonico petita est atque igitur auctorem habuit Aristarchum, quem coll. schol. *A* suspicari licet sic fere scripsisse: *ἡ ἠιὼν εἶχε κοιλότητα πρὸς τὸ καθορμίζεσθαι τὰς ναῦς* (additis Ξ 35 sq.) ..... *αἱ τοῦ Ἑλλησπόντου ἄκραι, τὸ Ῥοίτειον καὶ τὸ Σίγειον ἦσαν τὰ κέρατα τοῦ ναυστάθμου, ὧν ἐκτὸς οὐκ ἦν ναῦς.*

Talem quidem expositionem natura sua disputationi de navalibus optime convenire quo modo negari potest? Quis vero hac sententia testimonii loco uti non veretur?

Neque multo certius argumentum ducere potui ex iis quae in Iliadis libro vicesimo tertio, ubi habentur in honorem Patrocli certamina

οἱ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποιιν μάστιγας ἄειραν,
πέπληγόν θ' ἱμᾶσιν, ὁμοκλησάν τ' ἐπέεσσιν (l. *τε ἔπεσσιν*)
ἐσσυμένως. οἱ δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο
νόσφι νεῶν ταχέως,

ad vs. 365 in Veneto *B* repperi *νόσφι νεῶν*) *ἤρξαντο μὲν ἀπὸ Σιγείου, ἔνθα ἦν Ἀχιλλεύς, ἔτρεχον δὲ ἐπὶ τὸ Ῥοίτειον· νόσφιν οὖν νεῶν τῶν πρὸς τῷ αἰγιαλῷ νεωλκηθεισῶν. κατὰ δὲ Ἀρίσταρχον ὁ δρόμος γέγονεν ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ τείχους διαστήματι ἄχρι τῆς θαλάσσης.*

Hic saltem Aristarchum habemus nominatim laudatum sicut in simillima nota quam praebet Eust. 1305. 47, *κατὰ μέντοι Ἀρίσταρχον ὁ τῶν ἱππέων τούτων δρόμος ἐγίνετο ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ τείχους ἄχρι τῆς θαλάσσης καὶ τῶν ἐκεῖ κλισιῶν πενταστάδίῳ διαστήματι.* Sed utrum haec e dissertatione perdita, an aliunde hausta sint, certo quidem discerni nequit, veri tamen est simillimum, Aristarchum castrorum fines in commentatione sua delineantem, hunc locum laudasse ut spatium inter murum et litus indicaret.

§ 3.

De vi vocabulorum κρόσσαι et πρόκροσσαι ac de navium dispositione.

Latiore quidem quam ea quae in superioribus paragraphis tractavi disquisitione quaestio eget, qualis fuerit navium ordo quem informaverit Aristarchus, neque tamen in paullo uberiorem disputationem prolabi vereor. Nempe, quum in iis quae praecedunt, nullum certum exstaret commentationis chorographicae vestigium, unde via et ratione progredi possemus ad ea quae inde necessaria consecutione effici possent, hic saltem etiamsi parvum at certum tamen fundamentum habemus in quo firme consistere possimus. Quae quum ita se habeant, omnes

eas notas quas hac de re colligere potui, antequam ad disceptationem ipsam propero, perspicuitatis gratia exscribam.

Ad nomen *πρόκροσσαι*, quo Ξ 35 usus est poeta, sic dicens:

οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὐρύς περ ἐὼν ἐδυνήσατο πάσας
αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν, στείνοντο δὲ λαοί·
τῷ ῥα προκρόσσας ἔρυσαν, καὶ πλῆσαν ἁπάσης
ἠιόνος στόμα μακρόν, ὅσον συνέεργαθον ἄκραι

quae Venetus *A* exhibet, partim quoque leguntur in codice *B*. Scholia enim haec sunt:

Schol. *B* *κλιμακηδόν· τὴν ἑτέραν πρὸ τῆς ἑτέρας.*

Schol. *A* *ὅτι προκρόσσας τὰς κλιμακηδὸν νενεωλκημένας ἑτέρας πρός* (leg. *πρό* cum Lehrsio) *ἑτέρων, ὥστε θεατροειδὲς φαίνεσθαι τὸ νεώλκιον· κρόσσαι γὰρ αἱ κλίμακες.*

Conferas quaeso annotationes e cod. *A* ad *M* 258, ubi poeta haec de Troianis:

κρόσσας μὲν πύργων ἔρυον καὶ ἔρειπον ἐπάλξεις,
στήλας τε προβλῆτας ἐμόχλεον, ἃς ἄρ' Ἀχαιοί
πρώτας ἐν γαίῃ θέσαν ἔμμεναι ἔχματα πύργων.

Quarum annotationum haec:

ὅτι κρόσσας ἐν μὲν τοῖς ὑπομνήμασι κεφαλίδας, ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου κλίμακας,

Aristonici est, altera vero quam subiungam, Nicanoris:

ἐπὶ τὸν σύνδεσμον μὲν εἰ διαστέλλοιμεν, γένοιτο ἂν πύργων ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοὺς πύργους τὰς κλίμακας εἵλκον·

εἰ δὲ συνάπτοιμεν κρόσσας πύργων τὰς ἐξοχάς, περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ ναυστάθμου λέγεται.

De fine huius scholii lectorem ad ea quae hac de re in Introductione pag. 11 disputavi, relego.

Ceterum Venetus *B* ad eundem locum hanc expositionem continet Porphyrianam:

ὁ Ἀρίσταρχος ἐπὶ κλιμάκων ἀκούσας, καὶ τὸ προκρόσσας ἀποδιδοὺς ἐπὶ τῶν νεῶν κλιμακηδὸν, (estne hic inserendum νενεωλκημένων vel εἱλκυσμένων?) τὸ πύργων ἔρυον ἀποδίδωσιν ἐπὶ τοὺς πύργους ἔρυον, ἀποδιδοὺς ἀνεῖλκον, ὡς κλειστῶν καὶ συγκαμπτῶν οὐσῶν τῶν κλιμάκων. παραμυθεῖται δέ ἐξ Ὁμήρου τὸ πύργων ἔρυον ἀποδιδοὺς ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοὺς πύργους ἔρυον, ἐκ τούτων

οἱ δὲ μένοντες
ἔστασαν ὁππότε πύργος Ἀχαιῶν ἄλλος ἐπελθών
Τρώων ὁρμήσειε (Δ 333)

ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοὺς πύργους ἔρυον. καὶ „ἀκόντισαν Ἰδομενῆος" (N 502). οὐκ εἰσὶ δὲ κρόσσαι αἱ κλίμακες ἀλλὰ μᾶλλον οἱ ἐξέχοντες λίθοι ἐν τοῖς πύργοις, οὓς ποιοῦσιν εἰς τὸ ἐμποδίζειν τὰς τῶν μηχανημάτων ἐμβολάς. οὕτω καὶ κρόσσους ἱματίων λέγομεν τοὺς ἐξέχοντας στήμονας καὶ πρόκροσσαι δὲ αἱ νῆες αἱ μὴ ἐπ' ἴσου στίχου εἱλκυσμέναι, ἀλλ' ἐξέχουσαι εἰσιν, ἐφ' ὧν διὰ τὸ μὴ πάντας ἔχειν ἰσαρίθμους «στήλας τε προβλῆτας ἐμόχλεον» τοὺς λεγομένους προμαχῶνας.

Denique addenda quae 903. 7 tradit Eustathius ὅτι κρόσσαι μὲν κατά τινας αἱ ἄκραι τῶν πύργων (καὶ οἷον

κόρσαι καὶ κεφαλαί, quod fortasse adiecit commentator ipse). διὸ καὶ ἐξοχὰς αὐτὰς καλοῦσι καὶ κεφαλίδας αἱ παλαιοί (fugit autem scriptorem, hanc etiam Aristarchi fuisse opinionem, quam quidem tuebatur ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. Mox enim veterum sententiae vis opponitur, qua criticus Alexandrinus substantivum illud vult intelligi. Nempe sic pergit Eust.) ἃς καὶ καθεῖλκον οἱ Τρῶες καθαιροῦντες εἰς γῆν. μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ μετ' ὀλίγα (scil. *M* 444) ὁ ποιητὴς ἐν τῷ «κροσσάων ἐπέβαινον.» Ἀρίσταρχος δὲ πολεμικὰς κλίμακας ὑποτρόχους τὰς κρόσσας νοεῖ, ἤτοι μηχανὰς κλιμακώδεις.

Cf. idem 965. 37: προκρόσσας δὲ Ὅμηρος λέγει τὰς οὕτως ὡρμισμένας νῆας, ὡς κλιμακηδὸν οἷον ἱσταμένας διὰ τὸ ὑψηλὸν τοῦ τόπου. κρόσσαι γάρ, ὡς ἐρρέθη, τειχομάχοι κλίμακες. οἱ δὲ παλαιοὶ (in eundem quem modo notavi errorem delabitur scriptor) καὶ οὕτω φασίν, προκρόσσας τὰς ἑτέρας πρὸ ἑτέρων, ὥστε θεατροειδὲς φαίνεσθαι τὸ νεώλκιον. ἔτι δὲ καὶ οὕτω προκρόσσας, ἄλλας ἐπ' ἄλλαις, ἀντιπρώρους.

Ad *M* 444, ut haec strictim tangam, silent omnes codices. Hoc tantum reperies in scholiorum editione Bekkeri et quidem addita littera D, qua scholia minora sive Didymi indicantur, κροσσάων) ὑποτρόχων κλιμάκων πρὸς τειχομαχίαν ἐπιτηδείων.

Diversas, ut tandem absolvam, vocabuli significationes in unum collegit Apollonius i. v.: ἔνιοι μὲν τὰς κλίμακας, ἔνιοι δὲ τὰς κεφαλίδας, ἔνιοι δὲ τῶν πύργων

τὰς στεφάνας, ὃ καὶ μᾶλλον ἄν τις εἴποι, τινὲς δὲ τὰς κεφαλίδας τοῦ τείχους, ἃς ἔνιοι προμαχῶνας λέγουσι, ἄλλοι δὲ τὰ ἀποκρηπιδώματα (ὑποκρηπιδώματα seu κρηπιδώματα mallet Villoisonius) καὶ γὰρ κρόσσους λέγομεν τὰ κάτω τῶν ἱματίων.

Talia quidem sunt quae in limine huius de navium collocatione disputationis ponere meum duxi. Quo melius autem dispiciamus, quid hac in re Aristarcho reddere possimus, paullo accuratius omnia haec examinemus sumpto a schol. *B* ad *M* 258 exordio.

In hoc scholio quae leguntur inde ab οὐκ εἰσὶ δὲ κρόσσαι αἱ κλίμακες (idem notat Eust. 903. 11) non esse Aristarchea, unicuique apparet; sed de ceteris aut omnia me fallunt aut initium scholii locus est qui, licet leviter mutatus, olim tamen in libello de navalibus inveniebatur. Etenim priore vocabuli κρόσσαι expositione reiecta, postea et quidem ἐν τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου, ut e Veneto *A* ad hunc locum compertum habemus, probavit Aristarchus κρόσσαις significari scalas. Praeterea prior notae Porphyrianae pars adeo speciem loci laudati prae se fert, ut eam commentationis perditae particulam fuisse persuasum mihi habeam.

Ac minime sane haec disputatio quam Porphyrio debemus, rationi adversa esse videtur. Nempe quum Aristarchus non amplius in semel concepta de interpretatione κροσσάων opinione perseverare posset, grammatico genitivus πύργων necessario debuit exhibere difficultatem,

quam non solvere poterat, nisi *πύργων* acciperet pro *ἐπὶ τοὺς πύργους*.

At quinam erant loci, unde Homeri ratione habita criticus Alexandrinus argumenta ducere potuerit ad hanc explicationem probandam? Hos quoque tradit Porphyrius, *Δ* 333 ac *N* 502 dico. Quid igitur ad hos versus iam supra laudatos nos docent scholia?

In Veneto *A* ad *Δ* 333 adscriptum est scholium intermarginale hoce:

Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ θ̄ „Τρώων ἱπποδάμων". τὸ δὲ Ἀχαιῶν ἄμεινον ἀκούειν ἐπ' Ἀχαιούς;

atque in eodem codice hoc scholium marginale legitur ad vs. 335:

ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σχῆμα, διότι ἐλλείπει ἡ ἐπί καὶ πτῶσις ἐνήλλακται· (quod simillimis verbis etiam schol. *A* exhibet ad *N* 502) *ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ ὡς ἐπὶ Τρῶας ὁρμήσειεν.* Aristonici est annotatio, itaque Aristarchi, ut ea observatio quae in eodem scholio subsequitur:

καὶ ὅτι κατ' Ἀρίσταρχον ἄμεινον ἔχει τὸ Ἀχαιῶν (sic enim quae olim legebantur *ὅτι δὲ ἡ κατὰ Ἀρίσταρχον ἔχει καὶ τὸ Ἀχαιῶν ἄμεινον* correxit Cobetus) *ἀκούειν ἐπ' Ἀχαίους· πιθανὸν γὰρ ἐπιμένειν τοὺς Ἕλληνας ἕως ἂν προεπιχειρήσωσιν αὐτοῖς οἱ βάρβαροι καὶ τρόπον τινὰ δεύτερον μετὰ Πάνδαρον παρασπονδήσωσιν. διὸ καὶ μήποτε ἄμεινον ἐν τῇ πολυστίχῳ φέρεται*

ἔστασαν ὁππότε κέν τις ἐναντίον ἄλλος ἐπελθὼν
Τρώων ὁρμήσειε καὶ ἄρξειεν πολέμοιο.

Hic ergo, nisi fallor, duas habemus varias, immo vero inter se pugnantes eiusdem loci interpretationes, quarum utraque ab Aristonico relata eundem auctorem habuit Aristarchum. Alias etiam discrimen notatur inter τὰ ὑπομνήματα ac τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου; atqui prius scholium ad Δ 335 cum ea Porphyrianae notae parte consentit, cui non iniuria, ut spero, locum assignavi in dissertatione perdita, quam post commentarios scripsit Aristarchus. Alterum igitur ad Δ 335 scholium ex alio fonte haustum fuisse, necesse est.

Sed adhibeat disputatio modum et redeat illuc, unde deflexit, ut de reliquis etiam verba faciam, spe ductus ἄμητον non fore ὀλίγιστον.

Omnes ii loci, ubi vocabulo κρόσσαι significantur κλίμακες, ut res ipsa suadet, ad Aristarchi commentationem topographicam necessario debent referri. Atqui docto Alexandrino, quum κρόσσας exponeret κλίμακας, πρόκροσσαι explicandum erat κλιμακηδόν. Hinc igitur hoc fit manifestum, Aristonici notam quam in Veneto A ad Ξ 35 reperies, dissertationi cuius reliquias colligere studeo tribuendam esse.

Supra pag. 24 sq. iam disputavi de altera libri M vs. 258 interpretatione, quam ex Aristarchi mutata sententia manasse necesse erat. Porro non ineptum videtur superioribus attexere quod codex A ad M 375 exhibet, ubi poeta sic:

οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσοι,
ἴφθιμοι Λυκίων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες . . .

ad quae verba scholium legitur hoce:

ὅτι εἰ μὴ νοήσωμεν (leg. νοήσομεν) κρόσσας (*M* 258) τὰς κλίμακας, πῶς ἂν ἄλλως δύναιντο ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ τεῖχος;

de cuius scholii forma cf. *A* ad *A* 504:

ὅτι εἰ μὴ προϊστορήσαμεν τὰ περὶ τῶν δεσμῶν caetera.

Denique conferas quaeso ad Σ 68:

ἀκτὴν εἰσανέβαινον (scil. Νηρεΐδες) ἐπισχερώ, ἔνθα θαμειαὶ
Μυρμιδόνων εἴρυντο νέες ταχὺν ἀμφ' Ἀχιλῆα

Nicanoris observationem in Veneto *A*:

τὸ ἐπισχερώ ἑκατέρωσε δύναται προσδίδοσθαι· καὶ γὰρ τὰς Νηρεΐδας ἀνιέναι τάξει πρέπον, καὶ τὰς ναῦς εἰκὸς ἐφεξῆς τετάχθαι, ὡς ἐν τῷ περὶ ναυστάθμου λέγεται.

Quid igitur ex omnibus hisce locis colligi potest?

Verisimile est, grammaticum Alexandrinum posterioris suae κροσσάων expositionis testimonio docere voluisse, qualis intelligendus sit navium ordo. Atque omnia ea quae in medium protuli, eo ducunt ut suspicari liceat, Aristarchum in commentatione περὶ τοῦ ναυστάθμου laudatis Ξ 33 sqq. aliisque versibus huc pertinentibus sic fere scripsisse:

αἱ νῆες ἐφεξῆς ἐτάσσοντο (schol. *A* ad Σ 68) κλιμακηδὸν νενευωλκημέναι ἑτέραι πρὸ ἑτέρων (διὰ τὸ ὑψηλὸν τοῦ τόπου? Eust. 965. 37) ὥστε θεατροειδὲς φαίνεσθαι τὸ νεώλκιον· κρόσσαι γὰρ αἱ κλίμακες (schol. *A* ad Ξ 35) ..... non quod antea censebam, αἱ ἀκραὶ τῶν πύργων

(Eust. 903. 7.) ἢ ἐξοχαί, ἢ κεφαλίδες (schol. *A* ad *M* 258) .... etenim εἰ μὴ νοήσομεν κρόσσας τὰς κλίμακας, πῶς ἂν ἄλλως δύναιντο ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ τεῖχος; (schol. *A* ad *M* 375).

Tum subsecuta sunt, ut arbitror, aliis verbis (cf. huius dissertationis Cap. III § 11) ea quae in Porphyriana nota (schol. B ad M 258) leguntur inde ab τὸ πύργων ἔρυον usque ad οὐκ εἰσὶ δὲ κρόσσαι αἱ κλίμακες.

Quodsi recte rationis Aristarchi vestigia persecutus sum, operae pretium est videre cum quid alii de vi vocabuli κρόσσαι sentiant, tum quid de navium ordine vero propinquum esse recentiores existiment.

Hesychius, sive potius eius auctor, Aristarchi opinioni adstipulari non potest, nam, inquit, Homero nomen τῆς κλίμακος incognitum fuit (quod argumenti loco valere nemo facile defendet, opinor), necdum ipsius aetate bellica instrumenta in usu esse coeperant.

Eam ob causam Tollius in sua Apollonii Lexici editione interpretatur: «Quas memorat Homerus κλίμακας (at non sic erat dicendum, verum aut quas memorat Aristarchus κλίμακας, aut q. m. Homerus κρόσσας) scalae sunt, quibus in aedium tecta solebant escendere; non autem instrumenta poliorcetica, qualia cum Aristarcho interpretum multi in κροσσάων mentione cogitarunt, qui M 258 interpretabantur ἐπὶ τοὺς πύργους vel κατὰ τῶν πύργων τὰς κλίμακας εἵλκον.»

Fusius de eodem substantivo agitur in Stephani Thesauro, ubi inter alia et haec legimus: «Sed cum Hesychio potius κροσσῶν nomine intelligendas esse pinnas murorum aut turrium, patet vel ex *M* 258. Ibi enim satis apertum est intelligi pinnas et propugnacula turrium a Troianis esse convulsa; quamvis ille (scholiastam dicit) iterum exponat κλίμακας ἐπὶ τοὺς πύργους εἵλκον, ut sensus sit «trahebant scalas et muro admovebant ut turres scanderent», sed parum recte. Insolens enim est dicere πύργων ἔρυον pro ἐπὶ πύργους ἔρυον. Itaque ii potius sequendi sunt qui ibi accipiunt τὰς ἐξοχάς, τὰ ἐξέχοντα, sive τὰ ἀποκρηπιδώματα; metaphora a vestibus, quarum τὰ ἄκρα nominantur κροσσοί.»

Constat igitur κρόσσας non fuisse scalas, sed quandam turrium aut murorum partem. Quaenam autem fuerint, difficillimum est pronuntiare. Etenim quot auctores evolveris, tot sententiae tibi occurrent.

Stephanus i. v. intelligi vult «eminentias quasdam et pinnas turrium certo interstitio in eis positas ut graduum formam repraesentantes.»

Pape in Lexico Graeco hisce verbis κρόσσας explanat: «die hervorragenden Zinnen oder Brustwehren auf den Mauern, hinter denen die Krieger standen, welche die Mauern vertheidigen.»

Faesius in sua Homeri Iliadis editione censet eas fuisse «am wahrscheinlichsten Stufen, Absätze, die aus vorspringenden Kragsteinen an den Mauern hinaufgeführt waren.»

Duentzeri expositio quam in sua Iliadis recensione ad *M* 258 invenies, haec est: «Kragsteine, worauf die Zinnen, ἐπάλξεις, κρήδεμνα ruhen.»

Autenriethius in suo Wörterbuch zu den Homerischen Gedichten, cuius altera editio anno 1877 prodiit, certi quid hac in re non decrevisse videtur. Notat enim haec: «vielleicht die Wände der Thürme, zwischen Zinnen und Grundbau.»

Ebelingiani denique lexici Homerici nondum prodiisse videtur is fasciculus, in quo de hac voce agetur.

Post haec nemo mirabitur non magis de vocis πρόκροσσος notione constare inter omnes.

Secundum Stephanum πρόκροσσαι νῆες dicuntur αἱ ἐπάλληλοι sive ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις, id est, aliae post sive super alias, ut quum continua serie in procinctu stant.

Pape interpretatur «wie Mauerzinnen hervorragend, so neben einander gestellt, dasz die hohen Hintertheile eine Art Mauer mit vorspringenden Zinnen bilden.»

Ut alii volunt, veluti Faesius, illud πρόκροσσος cum Aristarcho accipiendum est «stufenförmig (κλιμακηδόν) gereiht, gestuft, eines vor dem andern mit dem Ende wie mit einer κρόσσα vorstehend.»

«Stufenförmig, terrassenförmig» vertit quoque Autenriethius et in nota ad Ξ 33 Duentzerus exponit «mit vorstehendem Hintertheil; denn κρόσσαι sind die Schnäbel, rostra, κορῶναι der Schiffe.»

Quae explicatio reiicitur in Ebelingiano Lex. Hom., ubi s. v. haec:

πρόκροσσοι, proprie: propugnacula ante se habens, i. e. alii ante alios, staffelweis nach vorn, opp. in die Höhe ut pinnae scalaeve.

Cf. praeterea Herod. VII. 188, ubi naves quae πρόκροσσαι ὁρμέοντο ἐς τὸν πόντον ἐπὶ ὀκτὼ νέας Schweighaeuser in Lexico Herodoteo s. v. intellexit «in quincuncem dispositas octo ordinibus gradatim minoribus prout in mare magis prominebant.» Ut vides, rectissime vir doctus ibidem illud πρόκροσσος rarius vocabulum appellat, quo quid potissimum significetur haud satis in plano sit.

Praeter eos omnes quodsi quis cognoscere velit quid alii, ut Doederleinius, Lobeckius, Fritzschius et Larochius cum de κρόσσαις tum de vocabulo πρόκροσσαι censeant, remitto lectorem ad Hentzeum qui in Ameisii ad Iliadem Annotationibus, quarum alteram editionem adhuc curat — novissimo enim fasciculo qui hoc anno prodiit continentur libb. XIII-XV — quibusque titulus est Anhang zu Homers Ilias, ad *M* 258 et Ξ 35 varias virorum doctorum sententias recensuit. Hoc unum satis constare mihi videtur κρόσσας turrium esse partem, si quidem, nisi hoc sumemus, genetivus ille πύργων explicari nequeat.

Iam vidimus ab Homero προκρόσσας secundum Aristarchum notari κλιμακηδόν. Nunc autem quaeritur, qualis

fuerit navium dispositio quam in commentatione cogitaverit Aristarchus.

Procul dubio ordinem sibi finxit semicircularem, ut efficitur e schol. *A* ad Ξ 35, ubi naves ita collocatae fuisse dicuntur *ὥστε θεατροειδὲς φαίνεσθαι τὸ νεώλκιον*. Alterum praeterea scholium ad nos pervenit, ubi navale comparatur cum theatro, scil. ad *A* 807, ubi verbis

κατὰ νῆας Ὀδυσσῆος θείοιο
ἶξε θέων Πάτροκλος, ἵνα σφ' ἀγορή τε θέμις τε
ἦην, τῇ δὴ καί σφι θεῶν ἐπετεύχατο βωμοί

in Veneto *A* adscriptum est:

πρὸς τὸ τοῦ στρατοπέδου διάγραμμα, ὅτι ὑποτίθεται κατὰ μέσον τοῦ ναυστάθμου θεατροειδῆ τόπον εἰς ὄχλου συναγωγήν.

Semicircularis igitur secundum Aristarchum navium erat ordo. Inter recentiores, quorum sententias silentio praeteriissem, nisi paucis verbis agere voluissem de schol. *B* ad Ξ 31, sunt qui cum Aristarcho faciant, alii contra eum refellere conantur.

In illis quidem recensendus est Hasper qui in disquisitione quam inscripsit Beiträge zur Topographie der homerischen Ilias p. 34 coll. *A* 6 sqq., ubi haec de Eride:

στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηὶ μελαίνῃ
ἣ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε,
ἠμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο
ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος, τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἐίσας
εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν,

hac de re egit. «Perspicuum est», inquit vir doctus, «versus laudatos ad unum tantum ordinem spectare, non vero ad quinque, ut vult Ulrichsius spe ductus fore ut fidem conciliet Strabonis assertioni, ex qua castra Graecorum comprehendebantur spatio ad Sigeum et quidem ad eius fluvii ostia qui nunc dicitur Menderé. Quum autem Agamemnon in nave steterit Ulyssis, quippe quae in medio sit, ut in utramque partem exaudiri possit Θ 222 (cf Λ 6), ex eo nullus alius ordo navium potest effici nisi semicircularis, praesertim quod inter naves et murum pugnas decertatas facit poeta; atque eo ducit vocabuli προκρόσσας expositio, quae legitur ad Ξ 35, κλιμακηδόν κ. τ. λ. Insuper spatium inter Sigeum et Rhoeteum fuit semicirculare.»

Quam sententiam si compono cum opinione Buchholzii, quae in opere Die homerischen Realiën Vol. I, P. 1 p. 325 sqq. invenitur, hisce verbis enuntiata: «Maxime ordini amphitheatrali natura favebat terrae quae ad regionis interiora versus leniter ascendebat», nescio quo me vertam. Addit enim Hasper l.l.: «Murus et fossa extremos commiserunt locos semiorbis, in quo medio ad Ulyssis naves collocanda sunt Iovis altaria (Θ 249), ubi quoque Achivis forum erat ac dicebatur ius (Λ 807.)»

At longissime abest ut egomet istas lites componam. Hoc tantum notare velim: Si vere dicit Hasper, loca campestria ora maritima non possunt fuisse editiora; sin autem Buchholzio assentiendum sit, castra Achivo-

rum ex agro Troiano spectata, formam non poterant referre theatri.

Neque Aristarcho nec Haspero adversatur Ribbeckius qui in octavo Philologi Volumine p. 491 sqq. miratur cum quod Kochius Philol. VII p. 4 de singulis ordinibus loquitur intervallo satis longo distantibus, tum quod Friedlaender ad Aristonicum *O* 655 ait: «apparet plures navium ordines fuisse, non duos.»

Aristonici nota ad Ξ 31 in Veneto *B* haec est: *ὅτι οὐκ ἐν διστιχίᾳ ἦσαν, ὡς φησι Κράτης·* (cuius sententiam, ut hic Lehrsii p. 225 verba inseram, Aristarchus iure reiecit qui naves uno semicirculari ordnie positas fuisse sumsit) *εἶπε γὰρ ἂν προτέρας καὶ „νηῶν μὲν ἐχώρησαν καὶ ἀνάγκη τῶν πρωτέων"* (*O* 656). *ἔστι δὲ ὁ πρῶτος τῶν πρός τι, καὶ εἰσὶ πρῶται μὲν αἱ πρὸς τῇ θαλάσσῃ νενεωλκημέναι* (*ἑξῆς γοῦν* — 75 — *φησι „νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης"*), *ἔσχαται δὲ αἱ πρὸς τῷ τείχει. αἱ δὲ τοῦ Ἀγαμέμνονος νῆες πᾶσαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ ἦσαν, ὡς ποὺ φησιν ὁ Διομήδης „νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης"* (*I* 43). *τὸ δὲ πρυμνῆσιν ἀντὶ τοῦ ἐσχάταις.*

«Num, si non duos idcirco plures ordines naves constituebant? Minime», respondet Ribbeckius: «erat unus ordo isque semicircularis, quod planissime testatum facit Aristonicus ad Ξ 35 (in Veneto A).»

Ea quam modo excerpsi scholii pars, ut codd. VL docent, nota est Autochthonis. Reliquae enim haec sunt: *ὁ δὲ Ἡρακλέων νῦν μὲν τὰς πρὸς τῷ τείχει καὶ πρώτας*

φησὶν, ἐξῆς δὲ τὰς πρὸς τῇ θαλάσσῃ· „νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης,"

de quibus scholiis Lehrsius disseruit hisce verbis usus: «Autochthonis explicatio servata, Aristarchi amissa, quae tamen ab illa diversa erat, quod inde patet, quod πρύμνησιν intellexit, ut debet intelligi «puppes navium», non «extremae naves», vid. egregium Herodiani scholium ad vs. 32 in Veneto A:

παροξυτονητέον τὸ πρύμνησιν. Κράτης μέντοι προπέρισπᾷ, ἀκούων ἐπὶ ταῖς ἐσχάταις, πλανηθεὶς ἐκ τοῦ „τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε εἴρυσαν" ἀγνοεῖ δὲ ὅτι ὁ ποιητὴς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ πρυμνὸν οὐ τίθησιν ἐπὶ διεστῶτος σώματος, ἀλλ' ἐπὶ ἡνωμένου· „πρυμνὸν ὑπὲρ θέναρος (*E* 339), τοῦ δ' ἀπὸ μὲν γλῶσσαν πρυμνὴν τάμε (ibid. 292), πρυμνὴν ἐκτάμνοντες" (*M* 149)».

Cf. quod ad eundem locum perhibet Venetus *B*:

τινὲς προπεριέσπασαν, ἐσχάταις ἐκδεχόμενοι, οὐχ ὑγιῶς. πρύμνησιν οὖν ταῖς πρύμναις, καὶ ἔστιν ἡ ἐπί αντὶ τῆς παρά· οὐ δύναται δὲ ταῖς ἐσχάταις· οὐ γὰρ πρυμνὸν ἄλλο ἄλλου, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτοῦ· πρυμνὸν δὲ σκέλος τὸ περὶ ἄκραν τὴν σάρκωσιν.

Ceterum quod ad argumentum de quo nunc agimus pertinet, paullo obscurius neque satis distincte Friedreichius in libro, cui titulus est Die Realiën in der Ilias und Odyssee p. 382 et Buchholzius Vol. I, P. 1, p. 326 ordinum numerum designant. Existimat quidem uterque, eos plures fuisse, mox vero loquuntur viri docti de ordine primo,

medio et postremo, perinde ac si ordinem fingant triplicem.

Unde Hasper hauserit, doctissimum Ulrichsium ordines sumpsisse quinque, cuius rei supra facta est mentio, reperire non potui. In Musaeo Rhenano saltem Vol. III, p. 608 anni 1845, ubi Ulrichsius disputavit de Troiae situ, ne verbo quidem numerus commemoratur.

Denique duos pluresve fuisse ordines opinantur Terpstra in libro qui inscribitur Antiquitas Homerica p. 322 atque Hopfius in Progr. Gymnas. Ueber das Kriegswesen im Homerischen Zeitalter nach Homer, cuius prima pars prodiit 1847, secunda anno demum 1858. De ceteris vero, quamquam vir doctus teste subscriptione in huius partis fine posita pollicetur, rem institutam se porro tractaturum esse atque absoluturum, equidem reliqua illa parte potiri non potui. Quod tamen ad meam disquisitionem non multum refert, quum Hopfii eadem de re quam nunc tractamus disceptationem reperies in Parte II p. 28.

Ut vim argumentationis ne minime quidem infringam, disputationem eius non vertam Latine. Quae sic se habet:

«Nehmen wir an, dass die 1186 Schiffe in einer Reihe in einer Art von Halbkreis waren, so scheint mir der Raum für so viele Schiffe und Mannschaften nicht ausreichend gewesen zu sein; nehmen wir dagegen an, dass die Schiffe in zwei oder vielleicht in mehreren Reihen, je nach der Anzahl der Schiffe eines Führers, aufgestellt

waren, so war nicht nur Raum für die Schiffe und die damit verbundenen Zelte vorhanden, sondern es konnten auch zwischen den Schiffen freie Plätze und Strassen, die zu dem Schlachtfelde führten, angelegt sein. Für diese Ansicht sprechen mehrere Stellen, zunächst Ξ 30 ff. Hier heisst es: Die Schiffe sind fern vom Schlachtfelde an das Meeresufer gezogen. Die ersten zogen sie πεδίονδε und bauten an den Hintertheilen eine Mauer. Das Ufer, so breit es auch war, konnte alle Schiffe nicht fassen. Deshalb zogen sie dieselben προκρόσσας in die Ebene und füllten die weite Mündung des Ufers aus, so weit die Vorgebirge es einschlossen. Der Ausdruck πρόκροσσαι kommt zweimal bei der Mauer vor und bezeichnet dort eine Art Absätze, durch welche man oben auf die Mauer gelangte und gegen den Feind kämpfte. Absatzweise also stellten sie auch die Schiffe auf, so dass mehrere sich mit den Hinterverdecken zugekehrt standen. Dabei ist wohl anzunehmen, dass die Schiffe einer Abtheilung so nahe an einander standen, dass Aias mit grossen Schritten von dem einen auf das andere springen konnte, um sie gegen Hektors Angriff zu vertheidigen (*O* 685). Diese Ansicht wird ferner unterstützt durch Ξ 75 ff., wo Agamemnon nach dem unglücklichen Schlachttage den Vorschlag macht, die erste Reihe der Schiffe, die dem Meere zunächst stand, ins Meer zu ziehen und vor Anker zu legen, des Nachts aber alle (ἁπάσας), d. h.

die ebengenannte und die dem Feinde näher stehende Reihe, ebenfalls ins Meer zu ziehen und zu fliehen. Endlich als Hektor das Thor der Mauer gesprengt hatte und die Troer der Schiffe ansichtig wurden, welche die äussersten waren und sie umgaben (*O* 653), stürmten sie ein auf dieselben, die Achäer aber wichen von den ersten Schiffen zurück und blieben bei den Zelten versammelt, zerstreuten sich aber nicht ins Lager. Diese Stelle kann nur von zwei Schiffsreihen, einer äusseren gegen den Feind und einer entfernter am Meere liegenden, verstanden werden, zwischen denen die Zelte aufgebaut waren.»

Quam opinionem si comparaveris cum iis quae Naberus p. 32 sq. hac de re scripsit, videbis virum clarissimum eadem prorsus via ac ratione in eandem incidisse sententiam, qua nulla mihi quidem probabilior esse videtur.

At omnia haec *ἐν παρέργῳ*. Non enim meum est Homerum illustrare, sed Aristarchi opusculi indagare reliquias.

§ 4.

De statione quam habebant aliquot Graecorum duces.

Πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου diple apposita est locis quinque, ubi in scholiis agitur de loco quem singulorum ducum naves occupabant. Quibus ex scholiis

similibusque quid in Aristarchi disquisitionem chorographicam transferri possit, iam consideremus.

Re irrita legati, ad Achillem placandum missi, libro nono redierunt, quo adverso eventu Agamemnon et Menelaus maxime afflicti eo adducuntur, ut Achivorum reges ad consilium vocent; ἀλλ' ἴθι νῦν, inquit ille

Αἴαντα καὶ Ἰδομενῆα κάλεσσον
ῥίμφα θέων παρὰ νῆας

K 53, ubi in Veneto *A* legimus:

ὅτι ἐκ τούτων καὶ τοιούτων τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου ὁ Ἀρίσταρχος ἐπραγματεύσατο. ῥητῶς γὰρ λέγεται πλησίον τοῦ Αἴαντος ὁ Ἰδομενεὺς νενεωλκηκέναι.

Cf. quae in eodem libro vs. 108 Nestor quem apud tentorium invenit Agamemnon, respondet Atridae:

108. σοὶ δὲ μάλ' ἔψομ' ἐγώ· ποτὶ δ' αὖ καὶ ἐγείρομεν ἄλλους,
ἠμὲν Τυδείδην δουρικλυτὸν ἠδ' Ὀδυσῆα
ἠδ' Αἴαντα ταχὺν καὶ Φυλέος ἄλκιμον υἱόν.
ἀλλ' εἴ τις καὶ τοῦσδε μετοιχόμενος καλέσειεν,
ἀντίθεόν τ' Αἴαντα καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα·
τῶν γὰρ νῆες ἔασιν ἑκαστάτω, οὐδὲ μάλ' ἐγγύς,

et schol. *A* ad K 112:

πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου, ὅτι πλησίον ὁ Ἰδομενεὺς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου ἐνενεωλκήκει.

Sed nondum earum annotationum quae huc pertinent copiam exhausimus. Etenim in libro tertio, ubi sedens in turri Helena heroes Danaum Priamo monstrat nominatque, et seni interroganti:

τίς τ' ἄρ ὅδ' ἄλλος Ἀχαιὸς ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,
ἔξοχος Ἀργείων κεφαλήν τε καὶ εὐρέας ὤμους;

respondet:

οὗτος δ' Αἴας ἐστὶ πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν.
Ἰδομενεὺς δ' ἑτέρωθεν ἐνὶ Κρήτεσσι θεὸς ὡς
ἕστηκ' ἀμφὶ δέ μιν Κρητῶν ἀγοὶ ἠγερέθονται,

ad Γ 230 adscriptum est in Veneto *A*:

ὅτι πλησίον ὁ Ἰδομενεὺς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου ἐτάσσετο (inserit καὶ Lehrsius) κατὰ τὴν ἐπιπώλησιν συμφώνως. παραιτητέον ἄρα ἐκεῖνον τὸν στίχον τὸν ἐν τῷ καταλόγῳ ὑπό τινων γραφόμενον

στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες (*B* 558)
οὐ γὰρ ἦσαν πλησίον Αἴαντος Ἀθηναῖοι.

Media huius scholii pars quartum Iliadis librum respicit, ubi Agamemnon virorum Graecorum ordines obiens, vs. 251 venit ad Cretenses qui

ἀμφ' Ἰδομενῆα δαΐφρονα θωρήσσοντο.

Statim autem post, vs. 273

ἦλθε δ' ἐπ' Αἰάντεσσι κιὼν ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν,

ad quem versum in eodem codice legimus:

ὅτι ἡ τάξις Ἰδομενέως πλησίον Αἴαντος, πρὸς τοὺς ὑποτάσσοντας τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Τελαμώνιον (*B* 558).

Ultimum denique scholium hac de re:

ὅτι ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ ναυστάθμου γέγονεν ἡ μάχη, ὅπου καὶ οἱ Αἴαντες ἐσκήνουν

in Veneto *A* legitur ad *M* 335, ubi poeta sic:

ὣς ἔφατ' (scil. Sarpedon), οὐδὲ Γλαῦκος ἀπετράπετ' οὐδ' ἀπίθησεν·
τὼ δ' ἰθὺς βήτην, Λυκίων μέγα ἔθνος ἄγοντε.
τοὺς δὲ ἰδὼν ῥίγησ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς·
τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον ἴσαν κακότητα φέροντες.
πάπτηνεν δ' ἀνὰ πύργον Ἀχαιῶν, εἴ τιν' ἴδοιτο
ἡγεμόνων, ὅστις οἱ ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύναι·
ἐς δ' ἐνόησ' Αἴαντε δύω, πολέμου ἀκορήτω,
ἑσταότας, Τεῦκρόν τε, νέον κλισίηθεν ἰόντα,
ἐγγύθεν.

Scholium laudatum, nisi fallor, aut nota est quam Aristarchus verbis ἐς δ' ἐνόησ' Αἴαντε δύω adiecit, ut unicuique manifestum esset qui fieri posset, ut Menestheus Aiaces animadverteret, aut observatio, qua argumenti loco usus est, ut ostenderet Menestheum aeque ac Aiaces cornu sinistrum tutatum fuisse. Id tamen dubium relinquamus, ceteris vero scholiis inter se comparatis exploremus num commentationis perditae reliquias eruere possimus.

Quodsi schol. *A* ad *K* 53 fidem habere possis, probabile est, Aristarchum, (ut mos erat Alexandrinis nihil ex recentioribus admiscentibus sola poetae verba sequi, quod a schol. *B* ad *Z* 201 Ὅμηρον ἐξ Ὁμήρου σαφηνίζειν vocatur) in Idomenei statione indaganda ab hoc loco profectum esse, quare credibile est rationem eius hanc fere fuisse:

«Auctore Agamemnone Menelaus cito currit ad naves, ut Aiacem vocet et Idomeneum. Itaque πλησίον τοῦ

Αἴαντος ὁ Ἰδομενεὺς ἐνενεωλκήκει, quae statio ex *K* 112 quoque efficitur, ubi utriusque naves dicuntur abfuisse longissime neque valde prope. Porro, ut docet *Γ* 230, Idomeneum atque Aiacem Telamonii filium vicinos fuisse *καὶ κατὰ τὴν ἐπιπώλησιν σύμφωνον*. Nempe relicto Idomeneo statim ad Aiacem pervenit Agamemnon, ut apparet ex *Δ* 261 et 273. *παραιτητέον ἄρα ἐκεῖνον τὸν στίχον τὸν ἐν τῷ καταλόγῳ ὑπό τινων γραφόμενον*

στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες,
οὐ γὰρ ἦσαν πλησίον Αἴαντος Ἀθηναῖοι.»

M 128 Asius in portam irruens duos viros invenit fortissimos

υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων,
τὸν μὲν Πειριθόου υἷα, κρατερὸν Πολυποίτην,
τὸν δὲ Λεοντῆα βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηι.

Ad eum locum cod. V haec affert:

Ἀρίσταρχος ἐκ τούτων φησὶν ὅτι Λαπίθαι μετὰ Ἰδομενῆα νενεωλκήκασιν,

quae nota cum ceteris quas e disputatione de navalibus haustas fuisse compertum habemus, maxime congruit, ut non iniuria opinari posse videamur eam quoque illuc esse transferendam, et probabiliter quidem in eam partem, ubi criticus Alexandrinus egit de statione quam habebat Idomeneus. Neque rationi adversum esse videtur suspicari, Aristarchi argumentationem hanc fere fuisse: «Asius *εἵσατο νηῶν ἐπ' ἀριστερά* (*M* 118), ubi erat porta. In sinistro cornu stabat quoque Idomeneus. Atqui ibidem,

scil. in porta, Asius Polypoiteum et Leontem invenit. Itaque *οἱ Λαπίθαι μετὰ Ἰδομενῆα νενεωλκήκασιν.*»

Ceterum maxime huius loci est ea afferre quae leguntur apud Strabonem IX. 1. 10. Sunt haece:

καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον (scil. Salamina), *τὸ δὲ παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περ αὐτῆς· καί φασιν οἱ μὲν Πεισίστρατον, οἱ δὲ Σόλωνα παρεγγράψαντα ἐν τῷ Νεῶν καταλόγῳ μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο,*

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

ἐξῆς τοῦτο,

στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες,

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ τοῦ τὴν νῆσον ἐξ ἀρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. οὐ παραδέχονται δὲ τοῦθ' οἱ κριτικοὶ διὰ τὸ πολλὰ τῶν ἐπῶν ἀντιμαρτυρεῖν αὐτοῖς. Διὰ τί γὰρ ναυλοχῶν ἔσχατος φαίνεται ὁ Αἴας, οὐ μετ' Ἀθηναίων, ἀλλὰ μετὰ τῶν ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ Θετταλῶν;

ἐνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου (*N* 681)

καὶ ἐν τῇ Ἐπιπωλήσει ὁ Ἀγαμέμνων (*Δ* 327)

εὗρ' υἱὸν Πετεῶο Μενεσθῆα πληξιππον,
ἑσταότ', ἀμφὶ δ' Ἀθηναῖοι, μήστωρες ἀϋτῆς.
αὐτὰρ ὁ πλησίον ἑστήκει πολύμητις Ὀδυσσεύς,
πὰρ δὲ Κεφαλλήνων ἀμφὶ στίχες

ἐπὶ δὲ τὸν Αἴαντα καὶ τοὺς Σαλαμινίους πάλιν

ἦλθε δ' ἐπ' Αἰάντεσσι (*Δ* 273)

καὶ παρ' αὐτοὺς

Ἰδομενεὺς δ' ἑτέρωθεν (*Γ* 230)

οὐ Μενεσθεύς.

Paene supervacaneum est monere, nos eam tantummodo loci laudati partem tractaturos esse, quae ab *Διὰ τὶ γάρ* orditur.

Via quidem ac ratio quam scriptor hic secutus est, minime discrepat ab Alexandrinorum disciplina. Atqui Strabonis liber nonus in iis est, ubi geographus ex Apollodoro hausit. Cf. Nieseus in Musaeo Rhenano l.l. et quae hac de re disputavi in Introductione pag. 9. Quo igitur pacto aliquis crediderit, eiusmodi locum Apollodorum non habuisse auctorem?

Insuper novimus teste Suida i. v. Apollodorum unum fuisse ex Aristarchi grammatici discipulis, ut verisimile sit magistrum discipulo fontem fuisse. Num igitur patet locum a Strabone ex Apollodoro haustum, Aristarcho vindicari posse? Minime. Confundit enim Apollodorus, ut ex eo manifestum redditur quod laudat *N* 681, utrumque Aiacem, quos tamen inter se distinguendos esse, non fugit Aristarchum, ut liquido apparet ex scholiis ad *K* 110 et *N* 681. Quam ob rem in iis quae hac in paragrapho p. 41 conieci, nil mutavi.

Iam vero transeamus ad Aiacem Oilei filium ceterosque duces.

Ad *K* 110, quem versum antea laudavi, in codice *A* adscripta sunt haece:

ὅτι πλησίον τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος ὁ Μέγης ἐνενεωλκήκει. καὶ διέσταλκε δὲ προσθεὶς ,ταχύν". ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου.

Cf. Eust. 792. 45 ὅτι τὸν μὲν Λοκρὸν Αἴαντα ταχὺν πολλαχοῦ λέγει, τὸν δὲ Σαλαμίνιον ἀντίθεον καὶ ὅτι αἱ νῆες τοῦ μεγάλου Αἴαντος καὶ τοῦ Ἰδομενέως ἐν ἄκρῳ ἦσαν καὶ, ὡς ὁ ποιητὴς λέγει, ἑκαστάτω τοῦ μέσου.

N 681 in pugna ad naves perstabat Hector

ἦ τὰ πρῶτα πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο,
ῥηξάμενος Λαναῶν πυκινὰς στίχας ἀσπιστάων,
ἐνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου

Cf. schol. *A* ad hunc locum:

ὅτι τοῦ Λοκροῦ λέγει Αἴαντος. οὗτος γὰρ πλησίον ἐνεώλκει τοῦ Πρωτεσιλάου. πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου.

Huc accedat *O* 705, ubi Hector adortus sit navem

ἣ Πρωτεσίλαον ἔνεικεν
ἐς Τροίην,

et schol. *B* ad hos versus:

εὐπρεπῶς ἐπὶ τὴν τοιαύτην ναῦν ἦγαγε τὸν Ἕκτορα, ἧς οὔτε τὸν ἡγεμόνα μέμψασθαι ἐνῆν μὴ κωλύσαντα τὴν οἰκείαν ναῦν ἐμπιπραμένην (θανὼν γὰρ ἦν) τούς τε πολίτας συγγνώμης ἄν τις ἀξιώσαι εἰ ἀστρατήγητοι ὄντες ἀδυνάτως εἶχον ἐπιβοηθεῖν. ἵνα οὖν μὴ κατὰ ζῶντός τινος ἐπάξῃ τὸ ὄνειδος, τὴν Πρωτεσιλάου φησί. καὶ ὅτι κατὰ τὰς πύλας πρώτη ἦν.

Huius annotationis prior pars ab altera cum quod loci expositionem tum quod notae formam attinet, toto coelo differt tamque ieiunam atque absurdam continet interpretationem, ut duo prorsus inter se diversa scholia in unum coaluisse conicere liceat. Alteram vero partem

ὅτι κατὰ τὰς πύλας πρώτη ἦν suspicor notam esse, ab Aristonico haustam ex Aristarcho. Praeterea, haec observatio natura sua in ea quae ad illustrandam navium stationem scripsit in commentatione de navalibus, maxime quadrat.

Illa autem scholia de quibus modo disserui, inter se cohaerere mihi quidem videntur, neque eum temere agere crediderim, qui coniciat Aristarchum in disputatione perdita sic fere ratiocinatum esse:

«*O* 705 prorupit Hector in Protesilai navem, quae igitur κατὰ τὰς πύλας πρώτη ἦν, quod aeque monstrat *N* 681. Consistebat enim Hector ubi primum portas et murum insilierat,

ἐνθ' ἔσαν Αἴαντος τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου.

Itaque πλησίον τοῦ Πρωτεσιλάου ὁ Λοκρὸς Αἴας ἐνεώλκει (schol. *A* ad *N* 681).

K 110. Nestor Agamemnonem adhortatur, ut alios quoque duces excitet,

ἠδ' Αἴαντα ταχὺν καὶ Φυλέος ἄλκιμον υἱόν.

Ergo πλησίον τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος ὁ Μέγης ἐνενεωλκήκει (addito fortasse:) καὶ διέσταλκε δὲ (scil. poeta) προσθεὶς „ταχύν". Etenim τὸν μὲν Λοκρὸν Αἴαντα ταχὺν πολλαχοῦ λέγει, τὸν δὲ Σαλαμίνιον ἀντίθεον (Schol. A ad *K* 110 atque Eust. 792. 45).»

In libro tertio decimo praeter Aiacem et Protesilaum alios etiam enumerat poeta. Vs. 686 oratio enim sic perg it:

ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες,
Λοκροὶ καὶ Φθῖοι καὶ φαιδιμόεντες Ἐπειοί
σπουδῇ ἐπαΐσσοντα νεῶν ἔχον, οὐδ' ἐδύναντο
ὦσαι ἀπὸ σφείων φλογὶ εἴκελον Ἕκτορα δῖον,

ad quem locum in codice V hanc notam reperio: εἰσὶ δὲ αὐτῶν (scil. Φθίων) τάγματα μεταξὺ Λοκρῶν καὶ Βοιωτῶν.

Stabant igitur in cornu sinistro, quod in disputatione de navalibus erat demonstrandum. An vero haec observatio Aristarchum habuerit auctorem, testimoniis additis confirmare non potui. Idem valet de schol. V ad eiusdem libri vs. 691:

μεταξὺ ἦσαν (scil. Epei) Ἀθηναίων καὶ Λοκρῶν· διό φησιν „Αἴαντα ταχὺν ἢ Φυλέος υἱὸν ἄνωγον" (K 175).

Quatuor hucusque quae πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου notantur scholia perpendimus. Reliquum igitur ut de ultimo dicamus, quod sic habet:

πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου, ὅτι ἐν μέσῳ τὰς τοῦ Ὀδυσσέως ὑποτίθεται, ἐφ' ἑκατέρου δὲ κέρατος τὰς Ἀχιλλέως καὶ Αἴαντος

et quidem legitur in Veneto *A* ad *A* 6, ubi de Eride dicitur:

στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηὶ μελαίνῃ,
ἥ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε,
ἠμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο
ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος, τοί ῥ' ἔσχατα νῆας εἴσας
εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν.

Eandem navem unde hortetur Achivos, ut Troianorum impetum sustineant, elegit Agamemnon, de quo Θ 223 poeta sic:

στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηὶ μελαίνῃ,
ἥ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε,

ad quem locum in codice *A* adscriptum est:

πρὸς τὴν τάξιν τῆς νεωλκίας ἡ παρατήρησις.

Quarum observationum illa tantum in commentationem de navalibus transferendam esse, unicuique patet.

Ad *Π* 170, ut haec obiter moneam, ubi Myrmidones armis captis ad hostem repellendum Achilles excitat, eorumque numerum poeta commemorat hisce verbis:

πεντήκοντ' ἦσαν νῆες θοαί, ἦσιν Ἀχιλλεὺς
ἐς Τροίην ἡγεῖτο διίφιλος, ἐν δὲ ἑκάστῃ
πεντηκόντ' ἔσαν ἄνδρες ἐπὶ κληῖσιν ἑταῖροι,

in codd. BL leguntur haece:

πῶς, φασίν, ἐν ἅπασιν αὔξων Ἀχιλλέα τοὐτῳ μειοῖ, ἀνὰ πεντήκοντα μόνον λέγων ἔχειν τὰς ναῦς; τινὲς μὲν οὖν φασὶν ὅτι οὐκ ἐν πλήθει ἡ ἀρετὴ, ἀλλ' ἐν τοῖς περὶ αὐτὴν σεμνύνεται. Ἀρίσταρχος δέ φησιν ὅτι διὰ τοῦ ἐπὶ κληῖσιν ἐδήλωσεν ὡς μόνοι οἱ ἑρέται ἦσαν ἀνὰ πεντήκοντα· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν πολεμιστῶν οὐκ ἐμνημόνευσεν, ὅπερ ἐπιφέρονται αἱ νῆες.

Attexuitne Aristarchus hanc observationem una cum loco laudato iis quae teste schol. *A* ad *A* 6 tradidit de loco quem Achillis naves tenebant?

Sed nondum nomen meum exsolvi.

Machaonem Alexandri sagitta vulneratum e pugna removet Nestor suumque in tentorium reducit;

οἱ δ' ὅτε δὴ κλισίην Νηλιάδεω ἀφίκοντο,
αὐτοὶ μὲν ῥ' ἀπέβησαν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν,
ἵππους δ' Εὐρυμέδων θεράπων λύε τοῖο γέροντος
ἐξ ὀχέων. τοὶ δ' ἱδρῷ ἀπεψύχοντο χιτώνων,
στάντε ποτὶ πνοιὴν παρὰ θῖν' ἁλός· αὐτὰρ ἔπειτα
ἐς κλισίην ἐλθόντες ἐπὶ κλισμοῖσι καθῖζον,

quo loco *A* 622 Venetus *A* exhibet:

ὅτι σαφὲς ὅτι οὗτοι πρὸς τῇ θαλάσσῃ νενεωλκήκασιν.

Lehrsius autem p. 225 legi vult ἡ δὲ διπλῆ ὅτι σαφῶς οὗτοι κτλ., quae emendatio mihi quidem non necessaria videtur. Haud enim aliter schol. *A* ad *X* 151 orditur: ὅτι ἐκ τῆς ἀντιδιαστολῆς σαφὲς, ὅτι κτλ. Utcumque est, illud νενεωλκήκασιν, quo saepissime Aristarchus in commentatione chorographica usus est, eo ducit ut notam illam e disputatione cuius reliquias colligere studeo, haustam fuisse putem.

In libri quarti decimi exordio Nestor quem non fugit clamor, relicto tentorio murum Graecorum dirutum inspexit atque iniit consilium, ut ad Agamemnonem se conferret. Illi autem obviam eunt

διοτρεφέες βασιλῆες
πὰρ νηῶν ἀνιόντες, ὅσοι βεβλήατο χαλκῷ,
Τυδείδης Ὀδυσεύς τε καὶ Ἀτρείδης Ἀγαμέμνων.

Ad hunc locum *Ξ* 28 Venetus *B* affert scholium:

πὰρ νηῶν) ἀπὸ τῶν πρὸς θάλασσαν ἐπὶ τὰς ἐν τῷ τείχει.

quam observationem Lehrsius p. 225 inter Aristarchi notas et quidem topographicas recepit, haud scio an iniuria. Non enim habet formam qua Aristonici annotationes agnosci solent. Praeterea ceteri codices aut silent aut nihil continent, unde efficitur observationem laudatam Aristarchum habuisse auctorem. Subolet mihi potius nota alicuius grammatici, qui quid praepositione ἀνά in participio ἀνιόντες significetur, explicare voluit, haud aliter ac commentator qui in eodem codice ad *E* 26 notam apposuit, de qua pag. 18 iam egimus. Scio atque novi talem explanationem ab acumine mentis Aristarchi minime alienam posse videri, attamen frustra equidem argumentum quaesivi, quo appareat hanc interpretationem ei vindicari posse.

Perfunctis nobis disquisitione de navium statione deinceps etiam reliqua quae huc debent referri, percontanda sunt. Neque ea omitti par est quae p. 29 scripsit Naberus.

«Opera pretium mihi videtur», vir clarissimus inquit, «explorare num ex diligenti locorum comparatione eam tabulam (scil. quam scholiasta τὰ τοῦ ναυστάθμου διάγραμμα appellare solet) instaurare possimus. Plerosque locos qui huc pertinent, Lehrsius ex scholiis excerpsit; unum eumque, nisi fallor, satis memorabilem omisit. Legimus *A* 491 Leucum quendam Ulyssis socium hasta percussum fuisse, quam Antiphus tortisset in Aiacis Telamonis filium. Ad eum locum adscriptum est in codice Veneto (scil. *A*): ὅτι συγχεῖται τὰ τῆς τάξεως διὰ

τὴν τοῦ πολέμου ταραχήν. Praeterea Aristarchus, ut in aliis codicibus (scil. VL), rem ὡς ποιητικὴν παραιτεῖται. Atque verum quidem est milites μαχέσασθαι κατὰ σφέας, quod prudentissimum fuit Nestoris consilium *B* 366, nec tamen duces in acie certum locum occupant sed eo se conferunt quo pugnae ratio suasit. Videre hoc est in Diomede quinto libro idemque efficitur ex Merionis verbis ad Idomeneum *N* 307:

Δευκαλίδη, πῇ τ' ἂρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον;»

Hactenus doctissimus meus popularis, de cuius opere Kammer iudicavit in Bursiani Annalibus anni 1877 Vol. V, Fasc. II. p. 132, ubi inter alia et haec: «Auch bezieht sich die Bemerkung des Aristonicus zu *Δ* 491, die der Verfasser zu den von Lehrs über die Aufstellung der Schiffe zusammengetragenen Scholiën glaubt zufügen zu können, gar nicht auf diesen Punkt.»

Rationes tamen vir clarissimus non attulit, quam ob rem, quantum a nobis praestari potest, examinare conemur, utra sententia magis vero propinqua videatur.

Verba Homeri sunt:

τοῖον ἄρ' Ἀνθεμίδην Σιμοείσιον ἐξενάριξεν
Αἴας διογενής. τοῦ δ' Ἄντιφος αἰολοθώρηξ
Πριαμίδης καθ' ὅμιλον ἀκόντισεν ὀξέι δουρί.
τοῦ μὲν ἁμαρθ', ὁ δὲ Λεῦκον, Ὀδυσσέος ἐσθλὸν ἑταῖρον
βεβλήκει,

atque ita se habent scholia, quae commodi causa notis numeralibus indicabo:

1. cod. Ven. A: *ὅτι συγχεῖται τὰ τῆς τάξεως διὰ τὴν τοῦ πολέμου ταραχήν.*

2. codd. VL: *Ἀρίσταρχος δὲ ὡς ποιητικὸν παραιτεῖται.*

3. codd. BVL: *οἱ δέ, ὅτι συγκέχυται ἡ μάχη,*

quod idem est ac schol. *A*, breviorem tamen in formam redactum.

Longe autem gravior est Porphyrii (de quo vid. Bernhardyus in Hist. Litt. Gr. editione tertia Vol. II, P. 1 p. 201) nota, quam repperimus in

4. cod. Ven. B: *Πορφυρίου. ἀδύνατόν φασιν εἶναι ἐπὶ τὸν Αἴαντα τὸ βέλος πεμφθὲν εἰς Ἰθακήσιον ἐλθεῖν· οἱ γὰρ Ἰθακήσιοι πόρρω τεταγμένοι εἰσι, καὶ οὐ κατὰ τοὺς Σαλαμινίους καὶ Λοκρούς.*

Cuius sententiae subsequitur Porphyrii refutatio, quam superioribus annectere supervacaneum.

Quodsi paullo accuratius ea scholia consideraverimus, videbimus scholium primum, tertium et quartum inter se convenire, secundae vero notae cum ceteris nihil esse commune. Nempe quum locus quem perperam Leucus tenebat — hic enim quaerendus est error, ut ita dicam, topographicus — propter licentiam poeticam vituperetur, nobis non opus est argumentum ex ordinis perturbatione ductum, immo vero ne admitti quidem potest. Etenim licentia poetica, opinor, veniam eius dare debet rei, quae aliis Homeri locis obstat; proelio contra quod aciem constitutam evertit eadem res — Leucum non suo pugnavisse loco — vera red-

ditur, quin etiam necessaria. Quemadmodum, ut Ciceronis verbis utar, inter bellum et pacem nil medium, sic equidem non video, quonam pacto stilus et gladius, argumenta ex licentia poetica et pugna ducta dico, inter se conciliari possint.

At ne longius abeam, missa translatione meam opinionem tradam. Quatuor illae notae me quidem iudice etsi non e communi fonte fluxerunt, eundem tamen habuerunt scriptorem eumque, ni fallor, Aristarchum, quod de secunda iam constat. Tertiam autem notam silentio praeterire possum, quoniam ea in Veneto A quoque legitur. Itaque restant scholium primum et quartum, quorum illud annotatio est Aristonici neque igitur Aristarcho abiudicandum est. Verbum porro φασιν quod in hoc scholio invenitur, eo ducit ut Porphyrium hic Alexandrinos refellisse putem. Insuper utrumque scholium etsi diverse enuntiatum at similem observationem continent seque invicem explere videntur. Itaque verisimile, quartam etiam notam eamque quidem partem quam supra laudavimus, auctorem habuisse Aristarchum. Quod si verum, non me teneo quin verba illa commentationi de navalibus assignem. Nempe e navium ordine, quem ut novimus in commentatione perdita descripsit, quartum illud quoque scholium argumentum duxit. Neque quae hic traduntur, cum Aristarchi sententia pugnant.

Quaerat quispiam, ubi tandem rerum contextus tale

quid si non postulare, saltem admittere potuerit? Cui sic respondeo:

Medium locum Ulyssem tenuisse, ex iis quae *Λ* 6 et *Θ* 223 leguntur, ut supra pag. 47 vidimus, effecit Aristarchus, quem tamen Homerum perlegentem non fugit, contrarium testimonium potuisse praebere locum *Λ* 488 sqq. Quid tum? Ex libro quarto eum locum excerpsit, hac interpretatione addita:

„*συγχεῖται τὰ τῆς τάξεως διὰ τὴν τοῦ πολέμου ταραχήν* Etenim *ἀδύνατόν ἐστι ἐπὶ τὸν Αἴαντα τὸ βέλος πεμφθὲν εἰς Ἰθακήσιον ἐλθεῖν· οἱ γὰρ Ἰθακήσιοι πόρρω τεταγμένοι εἰσι, καὶ οὐ κατὰ τοὺς Σαλαμινίους καὶ Λοκρούς.*"

Quamquam negare non possum quin huic meae coniecturae id obstare videatur, quod uterque Aiax non satis bene distinguantur, ut semper quod sciam fecit Aristarchus.

Secundum reliquum scholium aut ex aliquo commentario ad priorem Aristarchi recensionem aut ex alia dissertatione, qua secunda Homeri editio illustraretur originem duxisse, probabile est.

Ultimae denique notae quae ad hanc paragraphum mihi pertinere videntur, leguntur ad *B* 494. Ut notum, ibi recensio navium orditur, sumpto a Boeotis initio.

Cod. Ven. A affert: *ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησι κατὰ ἐπιφορὰν αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι· εἰ γὰρ καὶ ἀπ' ἄλλου ἔθνους ἤρξατο, ἐζητοῦμεν ἄν τὴν αἰτίαν τῆς ἀρχῆς.*

Cod. Ven. B exhibet: *ἤρκται δὲ ἀπὸ Βοιωτῶν κατὰ*

μὲν Ἀρίσταρχον οὐκ ἔκ τινος παρατηρήσεως, κατὰ δὲ ἐνίους κτλ.

Atque apud Eust. 262. 38 legimus: Ἀρίσταρχος δέ φησιν ἀπὸ Βοιωτῶν ἄρξασθαι τὸν ποιητὴν οὐκ ἐκ παρατηρήσεως, ἀλλὰ κατὰ ἐπιφοράν (quae subsequuntur: ἤτοι κατά τινα φοράν καὶ τύχην καὶ κατὰ τὸ ἁπλῶς ἐπιτυχόν substantivi ἐπιφορά explicationem continere videntur, quam Eustathium interiecisse eo probabilius est, quod mox recurrit illud φησι ad locum laudatum indicandum) εἰ δὲ καὶ ἄπ' ἄλλου ἔθνους ἤρξατο, ἐζητοῦμεν ἄν, φησι, τὴν αἰτίαν.

Quibus scholiis inter se comparatis, credibile est Aristarchum haec fere scripsisse:

„ἀπὸ Βοιωτῶν ὁ ποιητὴς τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο οὐκ ἔκ τινος παρατηρήσεως, ἀλλὰ κατ' ἐπιφοράν· εἰ γὰρ καὶ ἀπ' ἄλλου ἔθνους ἤρξατο, ἐζητοῦμεν ἂν τὴν αἰτίαν τῆς ἀρχῆς."

Fieri quidem potest, ut eam observationem in commentationem de navalibus receperit, argumentis vero id firmare mihi non contigit.

§ 5.

De castrorum portis.

Quoad eius facere potui, omnia ea scholia quae de portis castrorum aliquid afferunt, diligenter collegi. Sunt

haece: AB ad *H* 339, *M* 118, 175; *A* ad *M* 340, 470, *O* 414; *B* ad *M* 87, *N* 675.

Post epulum in Aiacis honorem instructum, Nestor Achivos admonet ut cadavera comburant, atque ita pergit:

τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν ἐξαγαγόντες
ἄκριτον ἐκ πεδίου· ποτὶ δ' αὐτὸν δείμομεν ὦκα
πύργους ὑψηλούς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν.
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας,
ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς ἦῃ.

Ad eum locum *H* 339 Ven. A exhibet:

πύλας) ὅτι πληθυντικῶς καὶ ὅτι μία ὑπόκειται πύλη ἐν τῷ τείχει.

Ibidem cod. B affert:

μία μὲν ἱππήλατος ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν τοῦ ναυστάθμου· τὰς δὲ λοιπὰς πυλίδας εἶχον πρὸς τὰς ἄλλας μικρὰς χρείας.

Cf. ad *M* 340, ubi de portis dicitur:

πᾶσαι γὰρ ἐπῴχατο,

schol. *A*: ὅτι πάσας ἀντὶ τοῦ ὅλας· οὐ γὰρ ἦσαν πολλαὶ πύλαι, ἀλλὰ μία.

In eodem libro, ubi auctore Polydamante Troiani curribus ad fossam relictis

διαστάντες σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες,
πένταχα κοσμηθέντες ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο,

ad vs. 87 in Veneto *B* legimus:

πένταχα κοσμηθέντες) τοσαῦται τῶν Τρώων ἡγεμονίαι, ἐπεὶ πέντε ἦσαν πύλαι.

Asius vero de curru noluit descendere irruitque

νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ, τῇ περ 'Αχαιοί
ἐκ πεδίου νίσσοντο σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν·
τῇ ῥ' ἵππους τε καὶ ἅρμα διήλασεν. οὐδὲ πύλῃσιν
εὗρ' ἐπικεκλιμένας σανίδας καὶ μακρὸν ὀχῆα,

ad quem locum *M* 118 in Veneto *A* adscriptum est:

ὅτι κατὰ ἀριστερὰ τοῦ ναυστάθμου ἡ πύλη. καὶ ὅτι μία,

atque in Veneto *B*:

αἰτίαν ἐπάγει τῆς ὑπὸ τοῦ 'Ιδομενέως ἀναιρέσεως 'Ασίου, ὅτι ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ τῶν νεῶν ὥρμησεν ὅπου ἐκεῖνος ἦν, ἔνθα ἡ ἱππήλατος πύλη.

Porta ab Hectore perrupta, statim Troianorum

οἱ μὲν τεῖχος ὑπέρβασαν, οἱ δὲ κατ' αὐτὰς
ποιητὰς ἐσέχυντο πύλας.

Schol. *A* ad *M* 470 hic affert:

πύλας) ὅτι μία πύλη, πληθυντικῶς δὲ εἴρηται. καὶ ὅτι ἔφευγον ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς. διὰ ταύτης δὲ εἰσέρχονται τῆς πύλης δι' ἧς ὁ Ἕκτωρ,

qua ultima explicatione non opus est, ut opinor, si non plus quam una fuit porta. Ab Aristarchi manu non profecta esse videtur. Etenim qui haec scripsit *κατ' αὐτὰς πύλας* interpretatus est «per eandem portam», non vero, ut debebat, «per ipsam portam», cui opponitur illud *οἱ μὲν τεῖχος ὑπέρβασαν*. Talis igitur expositio grammaticum illustrissimum non sapit.

Ampliora autem sunt scholia ad eiusdem libri versus 175 sqq. qui iam olim reiciebantur. Verba Homeri sunt:

ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσιν·
ἀργαλέον δέ με ταῦτα θεὸν ὣς πάντ' ἀγορεῦσαι·
πάντῃ γὰρ περὶ τεῖχος ὀρώρει θεσπιδαὲς πῦρ
λάινον. Ἀργεῖοι δὲ καὶ ἀχνύμενοί περ ἀνάγκῃ
νηῶν ἠμύνοντο. θεοὶ δ' ἀκαχείατο θυμόν
πάντες, ὅσοι Δαναοῖσι μάχης ἐπιτάρροθοι ἦσαν.
σὺν δ' ἔβαλον Λαπίθαι πόλεμον καὶ δηιοτῆτα.

Quas notas, antequam ad omnia ea quae modo laudavi tractanda propero, operae pretium mihi videtur subiungi. Scholia enim sic se habent.

Ven. *A* ad *M* 175:

ἀπὸ τούτου ἕως τοῦ „πάντες ὅσοι Δαναοῖσιν" ἀθετοῦνται στίχοι ς' ὅτι παρῴδηνται ἐκ τοῦ „ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσι" (scil. *O* 414, ubi schol. *A*: ὅτι ἐκ τούτου διεσκεύασται ὁ τῆς τειχομαχίας στίχος „ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσιν" quae mutatio ab Eust. 898. 11 παρίσωσις ἀπράγμων vocatur). πρὸς ποίας δὲ πύλας ἐμάχοντο; οὐδέπω γὰρ διαβεβήκασι τὴν τάφρον. γελοῖον δὲ καὶ τὸ „ἀργαλέον δέ με ταῦτα θεὸν ὣς πάντ' ἀγορεῦσαι"· τί γὰρ εἴρηται ἤδη τῆς τειχομαχίας, πόθεν δὲ θεσπιδαὲς πῦρ; οὐδέπω γὰρ πυρὶ κέχρηνται, ἀλλ' ὕστερον λέγει ὁ Ἕκτωρ „οἴσετε πῦρ" (scil. *M* 718). εὔηθες δὲ καὶ τὸ λέγειν ὅτι ἠνιῶντο οἱ βοηθοῦντες τοῖς Ἕλλησι θεοὶ ἐπὶ τῷ ἐλαττοῦσθαι αὐτούς. τῷ δὲ „λάϊνον Ἀργεῖοι δὲ" παρατιθέασιν ἔνιοι διὰ τὸ ὑπερβατόν, περὶ τεῖχος λάϊνον. ἠθετοῦντο δὲ καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει· παρὰ Ζηνοδότῳ δὲ οὐδὲ ἐγράφοντο.

Atque in Veneto *B* legimus haece:

ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος, πρῶτον μὲν διὰ τὸ πύλας ἄλλας ὀνομάζεσθαι· ἀρέσκει γὰρ αὐτῷ μίαν εἶναι. εἶτα διὰ τὸ „ἀργαλέον δέ με ταῦτα"· φησὶ γὰρ ὅτι καὶ μὴν ἔφρασε τὴν τειχομαχίαν· εἶτα καὶ διὰ τὸ Λαπίθαι· οὐ γὰρ δεῖ, φησί, καὶ τοὺς πατέρας καὶ τοὺς υἱοὺς Λαπίθας καλεῖν. Πῖος δὲ (cf. BVL ad *E* 638, V ad *Λ* 227, B ad *Λ* 100, *Φ* 55, 147, 293) *ἀπολογούμενος πρὸς τὰς ἀθετήσεις Ἀριστάρχου ταῦτά φησιν, ὅτι Ἄσιος μὲν περὶ τὴν μίαν πύλην τὴν ἱππήλατον ἐμάχετο, οἱ δὲ περὶ αὐτὸν περὶ τὰς μικρὰς πύλας* (cf. supra pag. 56 schol. *B* ad *H* 339. Estne utraque nota eodem tribuenda scriptori?) *τῷ δὲ ἄλλας μικρὰς εἶναι οὐδεὶς εὖ φρονῶν ἀντείποι· πῶς γὰρ τοσοῦτον πλῆθος ἐν τῷ φεύγειν διὰ μιᾶς εἰσῄει; τὸ δὲ „ἀργαλέον δέ με ταῦτα" πάνυ μετρίως φησὶν εἰρῆσθαι· ἀνδρῶν γὰρ ἀναιρουμένων κατάλογον διεξιὼν καὶ τρόπους τῶν ἀναιρέσεων καὶ λόγους τῶν ἀναιρούντων καὶ πιπτόντων καὶ συμπτώματα τῆς τύχης καὶ πολυμερῆ μάχην, εἰκότως ἐνδείκνυται δυσχερῆ τὴν τούτων διήγησιν. τὸ δὲ Λαπίθαι γελοιότατον· πῶς γὰρ ἄλλως ἦν ὀνομάσαι τοὺς τῶν Λαπιθῶν υἱοὺς ἢ τῷ πατρικῷ ὀνόματι;*

Hic tandem ordiatur mea disputatio.

Valde mirum videri deberet, si Aristarchus, quum in Graecorum castrorum descriptionem annotationes reciperet quales praebeat cod. Ven. *A* ad *Λ* 166, 807 et *M* 258, muri portas silentio praeteriisset. Eoque minus hac de re mihi quidem dubitandum videtur, quoniam

toties in scholiis illud ὅτι μία πύλη occurrit, quam Aristarchi fuisse sententiam apparet e. g. ex initio schol. *B* ad *M* 175 et ex iis quae legimus apud Eust. 684. 24:

τὸ δὲ πολλὰς ἱππηλάτους πύλας τῷ Ἑλληνικῷ γενέσθαι τείχει ἀντιλέγεται. Ἀρίσταρχος γὰρ οὐ συγκατατίθεται.

Ibidem porro 729. 2 commemoratur ἡ Ἀριστάρχειος μία ἱππήλατος πύλη. Cf. 895. 20, ubi haec:

νηῶν ἐπ' ἀριστερά — ἔνθα καὶ ἡ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον ἱππήλατος ἦν πύλη.

Itaque compertum habemus, secundum Aristarchum unam tantum fuisse portam atque hinc statim apparet quid iudicandum de schol. *B* ad *H* 339 et *M* 87. Quamquam igitur persuasum habeo, eum in disputatione de navalibus portarum earumque numeri mentionem fecisse, id aperte demonstrare mihi non contigit.

Nusquam ceterum vestigia reperire potui, ex quibus pateat Aristarchum sententias ab adversariis receptas oppugnavisse. Quam ob rem sufficiat nobis conicere, doctum Alexandrinum haec fere scripsisse:

«Voce πύλαι πληθυντικῶς utitur poeta. Ergo μία ὑπέκειτο πύλη ἐν τῷ τείχει (schol. A ad *H* 339) et quidem κατὰ ἀριστερὰ τοῦ ναυστάθμου (schol. *A* ad *M* 118). Etenim *M* 118 Asius irrupit

νηῶν ἐπ' ἀριστερά, τῇπερ Ἀχαιοί
ἐκ πεδίου νίσσοντο σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν·
τῇ ῥ' ἵππους τε καὶ ἅρμα διήλασεν,

neque ibi

πύλῃσιν
εὖρ' ἐπικεκλιμένας σανίδας καὶ μακρὸν ὀχῆα.»

Ad locos *H* 336 sqq. et 438 sq. vide quae nuper vir clar. van Herwerden disputavit Revue de Philologie III pag. 69 sq.

Hic non me teneo quin τοὺς φιλομήρους novissimae quod sciam hac de re sententiae, quam quidem tuetur Naberus p. 36 sqq., admoneam.

Septem enim portae fuisse videntur viro doctissimo, qui tamen schol. *B* ad *M* 87 intactum reliquit. Sed nil sub sole novi. Nempe numerum illum septenarium iam olim Homeri studiosis in mentem incidisse, patet ex schol. *A* ad *H* 339: τινὲς δὲ γράφουσιν ἕπτ' ἀραρυίας, cuius variae lectionis Naberus non fecit mentionem. Etenim ii qui pro εὖ ἀραρυίας legerunt ἕπτ' ἀραρυίας, hanc mutationem probare non poterant, nisi censerent portas fuisse septem. Quin etiam credibile, lectionem istam eos eo tantum consilio proposuisse, ut numerum portarum diserte tradentem facerent poetam. Quam emendationem falsam tamen esse monstrabit usus Homericus ipse.

Quater enim et tricies apud poetam occurrunt participium ἀραρυῖα eiusque casus, vicies quidem in Iliade, in Odyssea autem quaterdecies.

Illic terdecies legitur cum dativo, scil. *Γ* 331, *E* 744, *A* 18, *M* 134, *N* 188, 407, *Ξ* 181, *O* 737, *Π* 132, *Σ* 459, 611, *T* 370 atque *Ω* 318; hic vero tantummodo

ter: ζ 70, 267 ac σ 294 et semper quidem hoc sensu: aliqua re munitus, aut alicui rei aptus, aut aliqua re apte iunctus.

Cum adverbio contra coniunctum illud participium reperies in Iliade quinquies, *H* 339, 438, *I* 471, *M* 454, *Φ* 535 et novies in Odyssea: *β* 344, *φ* 236, 382, *χ* 128, 155, 258, 275, *ψ* 42, 194, ubi commemorantur *πύλαι* (ter), *θύραι* (septies) ac *σανίδες* (quater).

Semel tantum in Iliade invenitur addita praepositione *ἐπί* cum dativo, scil. *Σ* 275, bis autem in Odyssea σ 378 et *χ* 102 notatque ibi «ad aliquam rem aptatus.»

Absolute denique participium illud non plus quam semel profert Homerus, scil. *T* 396, ubi de Automedonte sic:

ὁ δὲ μάστιγα φαεινὴν
χειρὶ λαβὼν ἀραρυῖαν ἐφ' ἵπποιιν ἀνόρουσεν.

Secundum Faesium ad l. l. *χειρὶ* et ad *λαβὼν* referri debet et ad *ἀραρυῖαν*, Duentzerus contra exponit «aptatus, coll. *ἀρηρώς Δ* 134». Cf. *εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει* (*T* 338), et *δῶκεν οἱ πέλεκυν μέγαν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν* (ε 234).

Quid ergo? Ubi, ut eo loco de quo nunc agimus, claustrorum poeta facit mentionem, participium *ἀραρυῖα* — dummodo *Σ* 275 exceperis, ubi *ὑψηλαί τε πύλαι σανίδες τ' ἐπὶ τῇς ἀραρυῖαι*, cuius ultimi vocabuli notio «ad aliquam rem aptatus» — semper legitur cum aliquo adverbio (*στιβαρῶς* semel, *πυκινῶς* novies atque *εὖ*

quinquies), unde sensus oritur «bene coagmentati vel sollerter iuncti.»

Nusquam apud Homerum participium illud coniungitur cum praepositione ἐν addito dativo atque insuper *H* 339 et 438 ἐν δ' αὐτοῖσι ad ποιήσομεν et ἐνεποίεον respicit. Neque ibi ullus dativus legitur qui mente intelligendus est, ut vult Faesius ad *T* 396.

Quibus omnibus rationibus ductus variam lectionem ἕπτ' ἀραρυῖας improbo faciens cum Duentzero qui ad Ω 318:

θύρη θαλάμοιο ἐὺ κληῖσ' ἀραρυῖα

adscripsit haece: «κληῖδες sind die Riegel. Die Lesart εὐκληίς ist wider den Homerischen Gebrauch, da ἀραρυῖα nicht so allein ohne Adverbium oder Dativ stehen kann.»

Larochius tamen legi vult εὐκληίς. Haud aliter Faesius, coll. *M* 470 et β 344, qui loci me quidem iudice non praebent analogiam. Illic enim legitur ποιητάς (πύλας) nullo adiectivo addito atque hic ἀραρυῖα coniungitur cum adverbio πυκινῶς.

At opus est, ut licet alio sensu quam Horatiano, tenax tamen propositi sim. Longius enim excurrit disputatio hac digressione. Redeamus igitur ad ea scholia quae postrema laudavi atque exploremus num Aristarcheum quid extricare possimus.

Iuvat schol. *A* et *B* ad eundem libri duodecimi locum inter se comparare.

In Veneto *A* legimus:

175. ἀπὸ τούτου ἕως τοῦ „πάντες ὅσοι Λαναοῖσιν"

ἀθετοῦνται στίχοι ς', ὅτι παρῴδηνται ἐκ τοῦ „ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσι",

quae athetesis non potest esse nisi Aristarchi, primum quod hi versus ἠθετοῦντο (δὲ) καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει, cuius discipulus fuit, deinde propter Aristonici notam ad *O* 414: ὅτι ἐκ τούτου διεσκεύασται ὁ τῆς τειχομαχίας στίχος „ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσιν."

Quum autem inde ab *M* 175 reiciendi sint versus sex, Aristarchus, si quidem Veneto A fidem habemus, servare voluit versum 181. Insuper, ut diserte perhibet schol. *A*, versus spurii habebantur usque ad πάντες ὅσοι Δαναοῖσιν. Atque omnes quae in his versibus occurrunt res dubiae, reapse in Veneto *A* attinguntur, qui codex de Lapithis contra nihil affert. Quid mirum? Nempe versus, ubi memorantur, Aristarcho non delendus videbatur.

Ab illis tamen diversa sunt quae reperies in Veneto *B*. Numerus enim versuum spuriorum non indicatur atque ibi tria afferuntur argumenta:

ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος, πρῶτον μὲν διὰ τὸ πύλας ἄλλας ὀνομάζεσθαι — εἶτα διὰ τὸ „ἀργαλέον δέ με ταῦτα" — εἶτα καὶ διὰ τὸ Λαπίθαι. οὐ γὰρ δεῖ, φησί, καὶ τοὺς πατέρας καὶ τοὺς υἱοὺς Λαπίθας καλεῖν.

Hic igitur non sex tantum versus Homero abiudicantur, sed septem. Quibuscum rationibus maxime congruit refutatio Pii, qui tamen plane intactum reliquit argumentum ὅτι παρῴδηνται ἐξ *O* 414 quod tradit Venetus A,

atque omnia ea quae in eodem codice leguntur inde ab *τὶ γὰρ εἴρηται ἤδη τῆς τειχομαχίας* usque ad *τῷ δὲ „λάϊνον Ἀργεῖοι δὲ" κτλ* at Aristarchum procul dubio habuerunt auctorem.

Quid igitur nobis de illis scholiis statuendum est?

Nisi codex A cum addito versuum numero tum loci spurii fine initioque indicatis athetesin tam accurate notaret, ut nihil dubii relinqueretur, credere possem schol. *A* et *B* ad *M* 175 easdem fuisse observationes, varia ratione ex eodem libro excerptas. Nunc vero suspicor quia «haud pauca ex cod. A paullatim in reliquos codd. translata, imo quaedam in hoc codice deficientia hodie in aliis exstant» (Lehrsius p. 31), fontem unde Veneti *AB* scholia ad *M* 175 petierunt, ad locum laudatum duas inter se diversas Aristarchi praebuisse notas, quarum altera in Venetum *A*, altera autem in codicem *B* recepta sit: Quod si verum, initium scholii *B* ex disputatione de navalibus haustum fuisse potest et quidem ex ea parte, ubi Graecorum castra unam tantum habuisse portam, Aristarcho erat demonstrandum.

§ 6.

De Fossa.

Longe abest ut messis scholiorum huius paragraphi vocari possit opima. Ecce omnes fructus quos percipere potui: *AB* ad *Θ* 213 et *A* ad *M* 66.

Illo loco legimus:

τῶν δ' (scil. Achivorum) *ὅσον ἐκ νηῶν καὶ πύργων*
τάφρος ἔεργεν,
πλῆσθεν ὁμῶς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν ἀσπιστάων
εἰλομένων.

Scholiis quae in Veneto *B* adscripta sunt, nihil proficimus. Tres autem notas exhibet cod. A., quae Didymi, Aristonici et Nicanoris sunt. Quarum prima nihil affert quod ad disquisitionem nostram pertinet, ceterae pauca continent quae eam attingere videntur.

Nota enim quam Aristonico tribuendam putavi, hisce verbis finitur:

σημειωτέον δὲ ὅτι μεταξὺ τοῦ τείχους καὶ τῆς τάφρου διάστημα ἀπελείπετο κατὰ τὴν τοποθεσίαν τῆς νεωλκίας.

Fuit quum pingui Minerva putarem ea verba ex Aristonico, itaque ex Aristarcho hausta fuisse, deinde vero — *αἱ δευτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι* — intellexi ea grammaticis illis esse abiudicanda. Illud nempe *σημειωτέον* hic est vulgari sensu «hoc attende vel h. l. notandum», ut docuerunt Dindorfius in Praef. ad Vol. I p. 20 et Lehrsius p. 14.

Patet ex scholiis ad *M* 258 ac *Σ* 68, quibus supra pag. 21 et 27 usi sumus, Nicanori disputationem Aristarcheam de navalibus non fuisse ignotam, quare priusquam pergam, totam Nicanoris ad *Θ* 213 notam exscribam. Haec enim est:

βραχὺ διασταλτέον ἐπὶ τὸ νηῶν. σαφεστέραν γὰρ ποιεῖ τὴν

διάνοιαν, τοιαύτην οὖσαν· ὅσον ἡ τάφρος ἀπέχει τοῦ τείχους καὶ τῶν νηῶν, τοῦτο πλῆρες ἦν πεζῶν τε καὶ ἵππων, λείποντος τοῦ καὶ συνδέσμου· (legit igitur ἐκ νηῶν ἀπὸ πύργων) τὸ γὰρ ἔργον ἐστι περιώριζεν. ἐντὸς τῶν τε νηῶν καὶ τοῦ τείχους μεταξὺ κενὸν ἦν εἰς δίοδον, τὸ μὲν πλάτος πλεθριαῖον ὑπάρχον, τὸ δὲ μῆκος δι' ὅλου τοῦ ναυστάθμου. πάλιν δὲ οὕτως τοῦ τείχους ἐκτὸς ἦν διάστημα βραχύ, μεθ' ὃ ἡ τάφρος ὤρυκτο. τοσοῦτον μέντοι εἰκάζει τὸ διάστημα ἐκεῖνο ὡς ἐντὸς βέλους εἶναι τὴν τάφρον, καὶ ἐφικνεῖσθαι τὰ βαλλόμενα τοῦ τείχους ἀπὸ τῶν ἐπιόντων. ἀμφότερα οὖν τὰ διαστήματα ἑκατέρωθεν τοῦ τείχους, τὸ μὲν πρὸς τὴν τάφρον, τὸ δὲ πρὸς τὰς ναῦς ἐπεπλήρωτο. οὕτως Νικάνωρ.

Aut fallor, aut subest hic locus laudatus, qui a verbis ἐντὸς τῶν τε νηῶν incipere videtur. Etenim quod intervalli latitudo indicata est, hoc eo ducit ut eum locum e commentatione singulas de navalibus res tractante tanquam fonte manasse putem. Finis contra scholii citati inde ab ἀμφότερα οὖν τὰ διαστήματα Nicanorem ipsum auctorem habuisse videtur, ut conicere licet ex iis quae levi modo mutatione codd. AB exhibent:

ἔνιοι δὲ τὰ δύο διαστήματα πεπληρῶσθαί φασι (τῶν Ἑλλήνων cod. A), τό τε ἀπὸ τῶν νεῶν ἕως τοῦ τείχους καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ τείχους ἕως τῆς τάφρου (ὃ δὴ στεῖνος προσαγορεύει cod. A.).

Quae igitur in dicto confinio leguntur, ex Aristarchi

commentatione *περὶ τοῦ ναυστάθμου* sumpta fuisse possunt, etsi non debent. An illud *πλάτος πλεθριαῖον* cum Aristarchi semicirculari navium ordine pugnat?

Schol. B, ut haec strictim tangam, Nicanoris sententiam non tuetur. Habet enim sic:

τοῦτο δήλωσίς ἐστι τοῦ συνεληλάσθαι τοὺς Ἕλληνας εἰς τὸ μεταξὺ τῆς τάφρου καὶ τοῦ τείχους στενόν. τὸ δὲ ἑξῆς, ὅσον εἶχε διάστημα ἀπὸ τῶν νεῶν ἡ ἔξω τοῦ τείχους τάφρος (*ἀπὸ πύργων τάφρος* igitur legisse et coniunxisse videtur) *πλῆσθεν ὁμῶς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν ἀποκλεισθέντων καὶ μὴ δυνηθέντων εἰσδραμεῖν ἐν τῷ τείχει, ἀλλὰ μηδὲ τολμήσαντος ἔξω τῆς τάφρου μεῖναί τινος.*

Neque certius quid statuere mihi contigit de schol. *A* ad *M* 66:

ὅτι τὸ στένωμα τὸ κατὰ τὴν γέφυραν τῆς τάφρου λέγει.

Cf. *A* ad *Θ* 475:

στείνει δὲ εἴωθε λέγειν τὴν στενὴν ὁδόν,

atque in eodem codice Nicanoris nota ad eiusdem libri vs. 553, ubi inter alia et haece:

τὸν γὰρ τόπον ἐν ᾧ ἡ τοῦ πολέμου συμβολὴ γίνεται, γέφυραν εἶπε πολέμου, ἢ τὰς διαβάσεις αὐτάς, αἷς ἐν τοῖς πολέμοις ἐχρῶντο.

Cf. etiam schol. *B* ad *O* 426:

στείνεϊ δὲ τῷ μεταξὺ νεῶν καὶ τῆς τάξεως τῶν ἵππων στενῷ τόπῳ.

Quod apud Eust. 1023. 40 legitur, non sapit Aristar-

chum, quoniam τοῦ πρώτου στίχου τῶν νηῶν mentio fit.

«Quia piscatus meo quidem animo» non «evenit bonus», rete iaciam alibi.

§ 7.

De locutione ἐπ' ἀριστερά.

In Iliadis libro tertio decimo, ubi describitur pugna ad naves, vs. 673 sq. legimus:

ὣς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο.
Ἕκτωρ δ' οὐκ ἐπέπυστο διίφιλος, οὐδέ τι ἤδη,
ὅττι ῥα οἱ νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ δηιόωντο
λαοὶ ὑπ' Ἀργείων.

Schol. BL ad *N* 675 afferunt:

ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ Ἕκτορος, οὐ τοῦ στρατοῦ· εἰ γὰρ ἐπ' ἀριστεροῖς ἐστὶν ἡ πύλη, δι' ἧς εἰσῆλθεν, αὐτόπτης ἂν ἐγίνετο,

id est, si recte saltem interpretor: «Siquidem porta, per quam intravit, ad sinistram est, testis oculatus fuisset (si ἐπ' ἀριστερά hoc loco significaret Graecorum cornu sinistrum). Itaque ad Hectorem referri debet.»

Liquet principium huius notae hoc esse: Achivorum castrorum murum portam habuisse ad laevam. Quam sententiam quum Aristarchus, ut supra pag. 57 iam vidimus, tueretur, suspicor schol. BL ad *N* 675 notam esse Aristarcheam, quam fortasse commentationi de navalibus inse-

ruerit. Mirum quidem debet videri, grammaticum *νηῶν ἐπ' ἀριστερά* accepisse *ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ Ἕκτορος*, credibile autem est eum ad hanc expositionem delapsum fuisse, ne versus laudati opinioni suae de portarum situ numeroque obstarent.

Huc etiam pertinet Aristonici nota ad eiusdem libri vs. 765, sed in limine ponam quae de illo *ἐπ' ἀριστερά* scripsit Naberus p. 39.

«Ut *μάχης ἐπ' ἀριστερά*», vir clarissimus inquit, «modo de Troianorum, modo de Graecorum sinistro cornu dicatur, quod pendet a persona eius qui loquitur, *νηῶν ἐπ' ἀριστερά* tamen ab omnibus ita usurpatur ut sit *Graecorum* cornu sinistrum. Supra iam vidimus de *M* 118, *N* 308, 326 et 675. Accedat nunc *P* 116, ubi Aiax dicitur pugnavisse *μάχης ἐπ' ἀριστερὰ πάσης*, loco uti opinor suo. Superest unus locus paulo difficilior. Auctore Polydamante *N* 755 volitat Hector per totam Troianorum aciem. Dum semper currit *dextrorsum*, primum frustra quaerit Deiphobum, Helenum et Asium, quos novimus mediam aciem occupasse, donec ad Alexandrum pervenit quem supra vidimus propter *M* 93 stetisse in Troianorum cornu dextro. Iam sunt verba Homeri:

τὸν δὲ τάχ' εὗρε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ δακρυοέσσης.

Error hic est, sed in Graeco poeta, qui semper Graecis favet fortasse ferendus, excusandus certe.»

Bonum autem Homerum hic dormitasse, nisi fallor,

Aristarchus iam animadvertisse videtur. Legimus enim ad *N* 765 in Veneto A:

ὅτι τοῦ ναυστάθμου τὰ ἀριστερὰ λέγει.

Quae observatio utrum ex disputatione perdita an aliunde arcessita fuerit, discerni iam nequit.

§ 8.

De scholiis ad O 385 et 449.

Ultima huius capitis paragrapho agendum mihi est de notis quas ad duos libri quarti decimi locos repperi. Ex quibus quid Aristarcho reddere possimus, nunc exploremus.

O 445 sqq. de Teucro dicitur:

καὶ ῥ' ἔβαλε Κλεῖτον, Πεισήνορος ἀγλαὸν υἱόν,
Πουλυδάμαντος ἑταῖρον, ἀγαυοῦ Πανθοίδαο,
ἡνία χερσὶν ἔχοντα. ὁ μὲν πεπόνητο καθ' ἵππους·
τῇ γὰρ ἔχ', ᾗ ῥα πολὺ πλεῖσται κλονέοντο φάλαγγες,
Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος· τάχα δ' αὐτῷ
ἦλθε κακόν, τό οἱ οὔτις ἐρύκακεν ἑμέθεν περ·
αὐχένι γὰρ οἱ ὄπισθε πολύστονος ἔμπεσεν ἰός.

Ad eum locum in Veneto A adscriptum est:

449—451. *ἀθετοῦνται στίχοι γ' καὶ ἀστερίσκοι παράκεινται, ὅτι ἐπὶ Ἱπποθόου τοῦ ἐπικούρου ἁρμόζει ἐν τῇ P* (scil. 291, ubi tamen silent codices) „*Ἕκτορι καὶ Τρώεσσε χαριζόμενος*", *ἐπὶ δὲ τούτου, καθάπερ νῦν,*

οὐχ ἁρμόζει· οὐ γὰρ Ἕκτορι χαριζόμενος, ἀλλ' ἑαυτῷ καὶ πατρί. καὶ τὰ τῆς πληγῆς ἀνακόλουθα· πῶς γὰρ ὁ ἀντίον ἡνιοχῶν ἐπὶ τὰ ὄπισθε κατὰ τὸν αὐχένα τύπτεται; ὕστερον δὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου ἀπολογεῖται· τὸν γὰρ ἡνίοχόν φησιν ἀπεστράφθαι πρὸς τὸ πεδίον καὶ τοὺς ἵππους, τὸν δὲ παραιβάτην πρὸς τὰς ναῦς ἐπὶ τοῦ δίφρου, ἵνα ἀπὸ τοῦ ἴσου γένηται ἡ μάχη.

Atque ibidem cod. B exhibet:

ἀθετοῦνται οἱ τρεῖς. οἱ μὲν γὰρ ἐπίκουροι δεόντως ἂν λέγοιντο χαρίζεσθαι Ἕκτορι, ὡς Πάνδαρος

ἡγεόμην Τρώεσσι φέρων χάριν Ἕκτορι δίῳ

(E 221, ubi nihil codices afferunt). ἀνοίκειον δέ φησιν ὁ Ἀρίσταρχος ἐπὶ πολίτου τὸ Τρώεσσι χαριζόμενος. καὶ διὰ τὴν πληγὴν ἀθετητέος ὁ στίχος. πῶς γὰρ ἡνίοχος ὢν ὄπιθεν βάλλεται; ἄτοπον γὰρ ἐστὶ τὸ ἀπεστραμμένους εἶναι τοὺς δίφρους· ἐπρηνίσθησαν γὰρ ἂν οἱ παραβάται μόνον κινηθέντων τῶν ἵππων εἰς τὴν πτέρναν τοῦ δίφρου ἑστῶτες.

Quod scholium si cum illo comparaveris, suspiceris Aristarchum in hoc illove commentario athetesin sic fere illustrasse:

ἀθετητέοι οἱ τρεῖς. οἱ μὲν γὰρ ἐπίκουροι δεόντως ἂν λέγοιντο χαρίζεσθαι Ἕκτορι, ὡς Πάνδαρος

ἡγεόμην Τρώεσσι φέρων χάριν Ἕκτορι δίῳ

καὶ Ἱππόθοος

Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος.

ἀνοίκειον δὲ ἐπὶ πολίτου· οὐ γὰρ Ἕκτορι χαριζόμενος,

ἀλλ' ἑαυτῷ καὶ πατρὶ. καὶ τὰ τῆς πληγῆς ἀνακόλουθα. πῶς γὰρ ἡνίοχος ὢν ὄπιθεν κατὰ τὸν αὐχένα βάλλεται; εἴ περ ἀπεστραμμένοι μὲν ἦσαν οἱ δίφροι, οἱ δὲ παραιβάται ἀντεστραμμένοι τοῖς ἵπποις (Eust. 1021. 28, quem tamen fugit utramque hac de re opinionem Aristarchi fuisse) ἐπρηνίσθησαν ἄν οἱ παραιβάται μόνον κινηθέντων τῶν ἵππων εἰς τὴν πτέρναν τοῦ δίφρου ἑστῶτες.

Aristarchi sententia in Veneto B impugnatur hisce verbis: ῥητέον δὲ ὅτι χαρίζεται τῷ Ἕκτορι καὶ αὐτὸς ἴσως ὡς ἐπίκουρος. Δαρδάνιος γὰρ ἦν. καθ' Ὅμηρον γοῦν ἄλλη ἐστὶν ἡ Τροία καὶ ἄλλη ἡ Δαρδανία. εἰκὸς δὲ αὐτὸν ἐπαινεῖν, ὅπου μόνος ἄνευ παραβάτου πολεμεῖ, διὸ καὶ βάλλεται ἴσως στραφείς· ποικίλη γάρ ἐστιν ἡ μάχη. αὐχένα δὲ ὁ ποιητὴς τὴν πᾶσαν περιφέρειαν τοῦ τραχήλου φησίν (quam ob causam κατὰ τὸν αὐχένα e codice B recepi).

Non autem fortuito nec temere Aristarchi verba e commentatione de navalibus quae scholiasta laudat, exscripsi, sed ut cum iis componam *O* 385:

ὡς Τρῶες μεγάλῃ ἰαχῇ κατὰ τεῖχος ἔβαινον,
ἵππους εἰσελάσαντες ἐπὶ πρῳμνῃσι μάχοντο
ἔγχεσιν ἀμφιγύοις αὐτοσχεδόν, οἱ μὲν ἀφ' ἵππων,
οἱ δ' ἀπὸ νηῶν ὑψι μελαινάων ἐπιβάντες.

Cod. A hic affert:

πρὸς τὴν ἰδιότητα τῆς μάχης, ὅτι οἱ μὲν ἐπιβεβηκότες ταῖς πρῳμναις τῶν νεῶν, οἱ δὲ ἀποστρέψαντες τὰ ἅρματα ἐπὶ τῶν δίφρων, ἵν' ἢ ἀπ' ἴσου,

atque in Veneto B leguntur haece:

ἰδίωμά φησιν Ἀρίσταρχος γεγενῆσθαι περὶ τὴν μάχην. τῶν γὰρ Τρώων ἕως τοῦ τείχους γεγονότων οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν πρυμνῶν μάχονται· διὸ οἱ Τρῶες ὅπως ἀπὸ ἴσου βάλλοιεν ὕψους, ἀπὸ τῶν ἁρματείων δίφρων αὐτοὶ μάχονται, ὥστε ἀποστραφῆναι τοὺς ἵππους ὡς ἐπὶ τὴν Ἴλιον. ἔσονται δὲ καὶ οἱ ἡνίοχοι ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν τετραμμένοι, τὰ δὲ νῶτα δόντες τοῖς πολεμίοις, οἱ δὲ παραβάται σκέποντες αὐτοὺς ἅμα καὶ μαχόμενοι· διὸ καὶ ὁ ἡνίοχος Πουλυδάμαντος Κλεῖτος κατὰ τὸν αὐχένα τέτρωται.

Quae scholia quum maxime huius loci sit cum fine scholii *A* ad *O* 449 summa cura et diligentia conferre, *AB* ad *O* 385 atque *A* ad *O* 449 numeralibus notis 1, 2, 3 indicabimus, quo melius dispiciamus, quid iis commune sit.

a) 1. *πρὸς τὴν ἰδιότητα τῆς μάχης.*
   2. *ἰδίωμα (φησιν Ἀρίσταρχος) γεγενῆσθαι περὶ τὴν μάχην.*

b) 1. *οἱ μὲν ἐπιβεβηκότες ταῖς πρύμναις τῶν νεῶν.*
   2. *οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν πρυμνῶν μάχονται.*

c) 1. *οἱ δὲ ἀποστρέψαντες τὰ ἅρματα ἐπὶ τῶν δίφρων·*
   2. *οἱ Τρῶες ἀπὸ τῶν ἁρματείων δίφρων αὐτοὶ μάχονται.*

d) 1. *ἵν' ᾖ ἀπ' ἴσου.*
   2. *ὅπως ἀπὸ ἴσου βάλλοιεν ὕψους.*
   3. *ἵν' ἀπὸ τοῦ ἴσου γένηται ἡ μάχη.*

e) 2. ὥστε ἀποστραφῆναι τοὺς ἵππους ὡς ἐπὶ τὴν Ἴλιον. ἔσονται δὲ καὶ οἱ ἡνίοχοι ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν τετραμμένοι.

3. τὸν γὰρ ἡνίοχον (φησιν, scil. Ἀρίσταρχος) ἀπεστράφθαι πρὸς τὸ πεδίον καὶ τοὺς ἵππους, ubi ordine inverso malim: καὶ τοὺς ἵππους ἀπεστράφθαι πρὸς τὸ πεδίον.

f) 2. οἱ δὲ παραβάται σκέποντες αὐτοὺς ἅμα καὶ μαχόμενοι.

3. τὸν δὲ παραιβάτην πρὸς τὰς ναῦς (scil. ἀπεστράφθαι) ἐπὶ τοῦ δίφρου.

Quorsum vero haec scholiorum membra disiecta? Ut luce clarius fiat, tres illas notas simillimis fere verbis idem proelium describere. Criticus Alexandrinus, ut e schol. *A* ad *O* 449 novimus, hos versus antea quidem reiectos, postea tamen vindicavit in dissertatione de navalibus, demonstrans τὰ τῆς πληγῆς non esse ἀνακόλουθα. Atqui parem pugnandi modum similemque vulneris rationem exponit schol. *B* ad *O* 385 — ubi Aristarchus ipse nominatim laudatur, legimus enim φησιν Ἀρίσταρχος — et ita quidem, ut conclusio haec sit: διὸ καὶ ὁ ἡνίοχος Πουλυδάμαντος Κλεῖτος κατὰ τὸν αὐχένα τέτρωται. Neque haec sententia differt ab ea quam scriptor in scriptione perdita tuebatur. Itaque persuasissimum habeo, schol. *B* ad *O* 385 haustum fuisse ex Aristarchi commentatione περὶ τοῦ ναυστάθμου.

Ceterum schol. *A* ad *O* 385 et finis scholii *A* ad *O* 449

ex uno et eodem huius disquisitionis loco diversa ratione excerpta fuisse mihi quidem videntur.

Denique suspicor, clarissimum criticum hanc illamve ob causam in disputationem de libri quarti decimi versibus 385 sqq. incidisse, ac post ea quae in Veneto *B* ad *O* 385 leguntur sic fere perrexisse:

«Unde manifestum redditur, iniuria me *O* 449—451 antea spurios iudicasse. Etenim τὰ τῆς πληγῆς non sunt ἀνακόλουθα.»

At id dubium relinquamus. Hoc tamen, nisi fallor, constat Aristarchum non ab *O* 449 progressum fuisse ad *O* 385, contra vero ex *O* 384 sqq. argumenta duxisse, ex quibus priorem de *O* 449—451 delendis sententiam retractaverit.

CAPUT II.

DE LOCIS, UBI TROIA ET AGER TROIANUS COMMEMORANTUR.

---

§ 9.

De Ilio eiusque portis.

Cedere debent scholia quae secundo capite perpendemus locis supra laudatis de castris ipsis cum numero tum fortasse gravitate. Aeque tamen diligenter, ut decet, percontatus sum quid ex notis illis e commentatione de navalibus sumtum videre possit.

Ὅτι θηλυκῶς ἀεὶ τὴν Ἴλιον λέγει, excepto *O* 71, ubi νῦν μόνως οὐδετέρως εἴρηται Ἴλιον διό, ut ex schol. *A* ad *M* 115 novimus, ἀθετεῖται, nemo qui scholia Graeca ad Iliadem perlegerit, obliviscetur. Sexcenties enim nota illa, quam frustra in codice B quaeres,

occurrit in Veneto A., v. c. ad Γ 305; Δ 46, 164, 416; E 210, 648; Z 96, 277, 448; H 20, 82, 415, 429; Θ 499; I 419, 686; Λ 196; M 115; N 657, 724, 773; O 56, 558; P 193; Υ 215; Φ 128, 515; X 411; Ψ 64, 297; Ω 143, 383 et semper quidem, dummodo I 686, Σ 174 (cf. Π 92) et Υ 215 exceperis, in scholio intermarginali.

Quamquam ob scholiorum multitudinem tale quid non exspectabam, nihilominus certis argumentis observatio illa commentationi de naustathmo tribui non potest.

Videamus nunc quid afferant scholia de urbe cuius genus nihil dubii relinquat. Praecedat autem haec observatio:

Ad M 115 spurius iudicatur O 71, ab Aristarcho, uti opinor. At idem hunc versum servare voluit, ut apparet ex emendatione ad O 71: *Ἀρίσταρχος — Ἴλιον ἐκπέρσωσιν.* Itaque habemus duplicem Aristarchi de versu laudato sententiam, si criticus Alexandrinus atheteseos fuit auctor.

Quod ad Φ 544, ubi dicitur:

ἔνθα κέν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον υἷες Ἀχαιῶν,
εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος Ἀγήνορα δῖον ἀνῆκεν,

in Veneto A adscriptum est:

ὅτι ὁμωνύμως τῇ χώρᾳ τὴν Ἴλιον Τροίαν εἴρηκεν, in disputatione cuius longe maiorem partem tempus obscuravit, olim lectum fuisse potest, etsi non debet.

Sed transeamus ad portas.

Scholia quae de Troiae portis aliquid tradunt sunt

haece: *A* ad *B* 809; *AB* ad *Γ* 145; *B* ad *E* 789; *A* ad *Z* 237; *A* ad *Θ* 58; *A* ad *I* 354; *B* ad *Λ* 170; *AB* ad *X* 6 atque *A* ad *X* 194. Ut iam supra feci, commodi et brevitatis causa scholia notis numeralibus indicabo.

1. *A* ad *B* 809: *πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι*) *ὅτι ἔμφασιν ἔχει πολλῶν πυλῶν, μία δέ ἐστι· καὶ ἔστι τὸ πᾶσαι ἀντὶ τοῦ ὅλαι.*

Idem perhibet Eust. p. 350. 30, addito *φασιν Ἡρόδωρος καὶ Ἀπίων*, quorum libro commentatiorum «eadem illa scholia (scil. quae hodie codex Venetus A habet) contineri, Eustathio longum per iter hoc comitatu utenti non patuit,» ut docuit Lehrsius p. 34 et 370.

2. *A* ad *Γ* 145: *Σκαιαὶ πύλαι*) *Δαρδανίας αὐτὰς ἐνίοτε φησι, δι' ὧν ἐξήεσαν εἰς τὸ πεδίον οἱ Τρῶες. Σκαιαὶ δὲ εἴρηνται ἤτοι ἀπὸ Σκαιοῦ τοῦ κατασκευάσαντος αὐτάς, ἢ ὅτι ἐν τοῖς σκαιοῖς καὶ ἀριστεροῖς μέρεσι τῆς πόλεως κεῖνται. οἱ δέ φασιν ὅτι ἀπὸ τοῦ σκαιῶς βουλεύσασθαι τοὺς Τρῶας· τὸν γὰρ δούρειον ἵππον κατὰ ταύτας ἐδέξαντο τὰς πύλας*, quod nullo paene discrimine in Veneto *B* quoque legitur.

3. *B* ad *E* 789: *οὐδέ ποτε Τρῶες πρὸ πυλάων Δαρδανιάων οἴχνεσκον*) *τῶν Σκαιῶν· φησὶ γὰρ „ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιὰς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανον"* (scil. *I* 354).

4. *A* ad *Z* 237: *Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν*) *ὅτι τὰς Σκαιὰς ὀνοματικῶς Δαρδανίας λέγει.*

Cf. Eust. 639. 10. *ὅτι σχῆμα ὑστερολογίας καὶ ἐν τῷ*

„Ἕκτωρ δ' ὡς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν". ἀνιὼν γὰρ εἰς τὴν πόλιν πρῶτον φηγὸν ἵκανε περὶ τὸ πεδίον οὖσαν, εἶτα τὰς Σκαιὰς πύλας, quae observatio etiam in codicibus passim invenitur, hisce verbis enuntiata: ὅτι πρότερον πρὸς τὸ δεύτερον ἀπήντηκε.

5. *A* ad Θ 58: πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι) ὅτι μία ἐστὶ πύλη καὶ πληθυντικῶς εἶπε πύλαι. τὸ δὲ πᾶσαι ἀντὶ τοῦ ὅλαι, ὡς „θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον" (scil. Ψ 135).

6. *A* ad *I* 354: ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν) ὅτι πληθυντικῶς εἶπε τὴν πύλην μίαν οὖσαν. Σκαιαὶ δὲ καὶ Δαρδάνιαι αἱ αὐταί. ἡ δὲ δρῦς πρὸ τῆς Ἰλίου ἦν.

7. *B* ad *Λ* 170: Σκαιάς τε πύλας) κατὰ τρεῖς τρόπους λέγονται Σκαιαὶ πύλαι, ἢ ἀπὸ Σκαιοῦ τοῦ δημιουργήσαντος αὐτάς, ἢ ὅτι ἐν τοῖς σκαιοῖς ἦγουν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι κεῖνται. σκαιὰ γὰρ τὰ ἀριστερά, ὡς καὶ ὁ ποιητὴς ἐδήλωσεν εἰπὼν (scil. *M* 239):

εἰτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε
εἰτ' ἐπ' ἀριστερά τοί γε ποτι ζόφον ἠερόεντα,

ἢ παρὰ τὸ σκαιῶς βεβουλεῦσθαι τοὺς Τρῶας· τὸν γὰρ δούριον ἵππον κατ' αὐτὰς ἐδέξαντο.

8. *B* ad *X* 6: Ἰλίου προπάροιθε πυλάων τε Σκαιάων) ἐν ἀριστερᾷ τοῦ τείχους αἱ πύλαι ἔκειντο, αἳ ἐκαλοῦντο Δαρδάνιαι.

In Veneto *A* nihil ad hunc locum adscriptum est nisi scholium intermarginale: πρὸς τὰς Σκαιάς.

9. *A* ad *X* 194: *πυλάων Δαρδανιάων*) *ὅτι ἃς ἄνω Σκαιάς, νῦν Δαρδανίας.*

Cf. quae ad *X* 360:

ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν,

Eust. 1273. 65 exhibet:

ἃς ἑτέρας τινὲς εἶναι φασὶ τῶν πρὸ βραχέων εἰρημένων Δαρδανιάων· αὗται μὲν γάρ, φασι, πρὸς τῇ δυσμῇ, αἱ δὲ Δαρδανίαι ἀνατολικαί.

Vid. praeterea id. 698. 18 et 394. 36, ubi hanc notam reperies, qua omnes de Troiae portis observationes in unum collectae contineri videntur:

τὰς Σκαιὰς πύλας Δαρδανίας ἐνίοτε Ὅμηρος λέγει, τὸ μὲν ἀπὸ Δαρδάνου, τὸ δ' ἀπὸ Σκαιοῦ, οὕτω καλουμένου τεχνίτου, ἢ ὅτι δυτικαί· σκαιὰ γὰρ ἤτοι ἀριστερὰ τὰ δυτικά. ἢ διότι σκαιαὶ ἦτοι ἐπαρίστεροι τοῖς Τρωσὶν ἐγένοντο, δεξαμένοις κατ' αὐτὰς τὸν δούρειον ἵππον.

Quodsi omnes eas notas paullo accuratius consideramus, ne punctum quidem temporis dubitare possumus, quin scholium secundum et septimum e communi fonte fluxerint. Quae porro in illius annotationis fine leguntur: *οἱ δέ φασιν κτλ.* docent *τρεῖς τρόπους καθ' οὓς λέγονται Σκαιαὶ πύλαι* non unum et eundem habuisse auctorem. Praeterea lusus ille etymologicus ex improprio adiectivi *σκαιός* sensu natus a nostro grammatico prorsus abhorrere mihi quidem videntur.

E scholio quarto denique liquido apparet, Aristarchum

adiectivum σκαιός non habuisse pro nomine proprio. Legitur enim ibi ὀνοματικῶς τὰς Σκαιάς a poeta dictas fuisse Δαρδανίας. Abiudicanda igitur Aristarcho utraque observatio, ubi variae de porta Scaea sententiae in unum contractae fuisse videntur.

Ceterae tamen quas excerpsi notae formam habent qua Aristonici annotationes agnosci solent, excepto tamen scholio tertio.

De octava observatione licet conicere (cf. quae Dindorfius in Praefatione ad Vol. I scripsit eorumque imprimis quae laudavi in Introductione), fontem haec praebuisse:

ἡ διπλῆ πρὸς τὰς Σκαιάς, ὅτι ἐν ἀριστερᾷ τοῦ τείχους αἱ πύλαι ἔκειντο, αἳ ἐκαλοῦντο Δαρδάνιαι.

Num igitur hic subsistere debemus? Minime, si recte saltem video.

Etenim scholiorum laudatorum similitudo eo ducit ut ex eodem libro ea petita fuisse putem. Itaque non me teneo quin coniciam, Aristarchum sic fere scripsisse:

«Quae *B* 809 et passim leguntur ἔμφασιν ἔχει πολλῶν πυλῶν, μία δέ ἐστι καὶ πληθυντικῶς εἶπε πύλαι. τὸ δὲ πᾶσαι ἀντὶ τοῦ ὅλαι ὡς „θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον" (Ψ 135). ἐν ἀριστερᾷ τοῦ τείχους αἱ πύλαι ἔκειντο, ἃς ὀνοματικῶς Δαρδανίας λέγει. Σκαιαὶ δὲ καὶ Δαρδάνιαι αἱ αὐταί· φησὶ γὰρ

οὐδέ ποτε Τρῶες πρὸ πυλάων Δαρδανιάων
οἴχνεσκον

καὶ

Ἰλίου προπάροιθε πυλάων τε Σκαιάων

καὶ

ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν.

ἡ δὲ δρῦς πρὸ τῆς Ἰλίου ἦν», de quibus ultimis verbis infra pag. 85 mihi disserendum erit.

Ut iam supra vidimus, Aristarchus in castrorum portarum numero illustrando eadem plane via ac ratione ostendit, murum unam tantum habuisse portam. Atqui ex schol. A ad *A* 166 compertum habemus, eum in disputatione de navalibus agrum Troianum non intactum reliquisse. Credibile ergo est, doctum Alexandrinum tale quid, quale suspicatus sum, recepisse in commentationem περὶ τοῦ ναυστάθμου.

Denique nec omitti par est scholium hoce:

ὅτι δύο διαστάσεις οἶδεν Ὅμηρος κοσμικὰς, ἀνατολὴν καὶ δύσιν· καὶ δεξιὰ μὲν τὰ πρὸς ἀνατολὰς, ἀριστερὰ δὲ τὰ πρὸς δυσμὰς λέγει.

Versus, ad quos haec nota in Veneto *A* adscripta est, laudantur in scholio septimo, ut arguatur σκαιός (occidentalis) idem esse ac ἀριστερός (laevus). Neque aliter censebat Aristarchus, ut e schol. AB ad *X* 6 apparet. Quin etiam probabile, hanc vocabuli σκαιός notionem ei argumento fuisse, ex quo haec concludat: „ἐν ἀριστερᾷ τοῦ τείχους αἱ πύλαι ἔκειντο, αἳ ἐκαλοῦντο Δαρδάνιαι."

Constat porro, ut iam vidimus, grammaticum Alexandrinum τῶν σκαιῶν πυλῶν nomen non proprium habuisse

sed appellativum. Verisimile denique, criticum clarissimum testimoniis additis vim adiectivi σκαιός manifestam reddere voluisse. Non iniuria igitur opinari posse videmur, eum in commentatione de navalibus scripsisse quae schol. A ad *M* 239 afferat. Quod si verum, haec nota iis quae hac in paragrapho pag. 82 conieci, inserenda est.

De plurali substantivi πύλαι numero cf. praeterea schol. A ad *I* 383, *M* 120, 291, 470 ac de usu vocabuli θύραι A ad *I* 475 et Ξ 167.

§ 10.

De agro Troiano.

Perfunctis nobis disputatione de ipsa urbe, deinceps examinanda sunt scholia de fago (sive potius de quercu esculo, vid. Buchholzius I. 1. 323, qui laudat Miquellii Floram Homericam), de Ili sepulcro, de Callicolone et de Scamandro.

Incipiamus igitur ab libri septimi vs. 20 sqq., ubi poeta sic:

τῇδ' (scil. Minervae) ἀντίος ὦρνυτ' Ἀπόλλων
Περγάμου ἐκκατιδών, Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην.
ἀλλήλοισι δὲ τώγε συναντέσθην παρὰ φηγῷ.

Ad postremum versum in Veneto A legitur:

ἡ διπλῆ, ὅτι πρὸ τῶν πυλῶν τὴν φηγὸν ταύτην ὑπο-

τίθεται· πρὸ πολλοῦ δὲ ὁ Ἀπόλλων ἐστὶν ἐπὶ τῆς Περγάμου,

quod scholium cum formam universam si spectamus tum verba ipsa, maxime illud ὑποτίθεται, cum iis notis conspirat, quae in eodem codice ad *A* 6 et 807 adscriptae sunt, ubi diple apposita est πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου. Itaque credibile, schol. *A* ad *H* 22 ex hac commentatione excerptum fuisse. Quare concinnius in fine eorum, quae § 9 pag. 83 conieci, non ἡ δὲ δρῦς πρὸ τῆς Ἰλίου ἦν suppleveris, sed πρὸ τῶν πυλῶν τὴν φηγὸν ὑποτίθεται, quae melius etiam in proxima quadrant.

Finis autem scholii *A* ad *H* 22, ni fallor, Aristarcho non est adiudicandus. Etenim non ab eadem manu haec nota profecta esse videtur atque insuper suspicionem movet particula δέ, per quam qui haec scholia congessit, nonnumquam plures annotationes connexit, ut admonet Lehrsius p. 28.

Idem vir doctus p. 226 huic scholio signum interrogandi apposuit, uti suspicor, propter verba πρὸ πολλοῦ, quae haud scio an ex absurda correctione malae dittographiae πρὸ (τῶν) πυλῶν nata fuerint. Emendationem tamen proponere non ausim. Venetus B ad eundem locum exhibet:

ὅτι αὐτὸς Περγάμῳ ἄκρῃ ἐφίζετο· παρατηρεῖ γὰρ μή τις θεῶν ἐπίθηται Τρωσίν.

Sequitur schol. *A* ad *A* 166, ubi de Troianis ab Agamemnone fugatis dicitur:

οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδαο,
μέσσον κὰπ πεδίον, παρ' ἐρινεὸν ἐσσεύοντο
ἱέμενοι πόλιος.

Nota quae Nicanoris est, sic se habet:

μέχρι τοῦ μέσσον κὰπ πεδίον συναπτέον, εἶτα βραχὺ διασταλτέον· ὁ γὰρ ἐρινεὸς οὐκ ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ, ἀλλ' ἐγγὺς τῆς πόλεως·

λαὸν δὲ στῆσον παρ' ἐρινεόν, ἔνθα μάλιστα
ἀμβατός ἐστι πόλις (Z 433)

καὶ ἀλλαχοῦ

οἱ δὲ παρὰ σκοπιὴν καὶ ἐρινεόν (X 145).

ταῦτα μὲν ὅτι πλησίον τοῦ τείχους ὁ ἐρινεός. ὅτι δὲ καὶ ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ ἐστὶ τὸ Ἴλου σῆμα, φανερὸν ἐξ ἐκείνου

Ἕκτωρ μὲν μετὰ τοῖσιν, ὅσοι βουληφόροι εἰσίν,
βουλὰς βουλεύει θείου παρὰ σήματι Ἴλου. (K 414)

ἐπαυλίζονται δὲ ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ ἐπὶ τοῦ θρωσμοῦ

οὐκ ἀΐεις ὡς Τρῶες ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο (ibid. 160)

ὅ τε Ἀλέξανδρος ἐν ταύτῃ τῇ ῥαψῳδίᾳ τοξεύει

στήλῃ κεκλιμένος Ἴλου Δαρδανίδαο (Λ 371)

ἡ δὲ μάχη ἐν τῷ πεδίῳ. συναπτέον οὖν ἀναγιγνώσκοντας ἕως τοῦ μέσσον κὰπ πεδίον, εἶτα βραχὺ διαστείλαντας τὰ ἑξῆς ῥητέον· καὶ οὕτως λυθήσεται τὸ ἐν τῷ τόπῳ ἄπορον καὶ Ἴλου σῆμα καὶ μέσον πεδίον καὶ ἐρινεὸς καὶ ἡ πόλις ἐν ταὐτῷ. παρέρχονται μὲν γὰρ τὸ μέσον πεδίον, ἐν ᾧ τὸ Ἴλου σῆμα, σεύονται δὲ πρὸς τὸν ἐρινεόν, ἵενται δὲ τῆς πόλεως. ὡς εἰ οὕτως ἔλεγεν, οἱ δὲ διὰ μέσου

τοῦ πεδίου παρὰ τὸ Ἴλου μνημεῖον ἔφυγον πρὸς τὸν ἐρινεὸν, σπεύδοντες εἰς τὴν πόλιν.

Altera nota est Aristonici:

ἡ διπλῆ πρὸς τὸ περὶ τοῦ ναυστάθμου διάγραμμα· τὸ γὰρ Ἴλου σῆμα κατὰ μέσον εἶναι φησιν ἐν τῷ πεδίῳ.

Nicanoris est initium prioris scholii usque ad διασταλτέον, et finis inde ab συναπτέον οὖν. Cetera tamen quae in dicto confinio reperiuntur, cum Alexandrinorum disciplina minime pugnant. Quin etiam eandem sententiam et quidem similibus verbis afferunt Aristonicus e commentatione de navalibus et Nicanor, cui Aristarchi disquisitionem non ignotam fuisse ex schol. *A* ad *M* 258 iam patuit. Credibile igitur, Nicanorem mediam scholii partem hausise e commentatione περὶ τοῦ ναυστάθμου.
Cf. Eust. 1353. 62, cui loco in Devarii Indice sub voce Ἴλου σῆμα addendum: 814. 49 et 838. 28.
Quae AB ad *K* 415 et B ad *X* 137 hac de re perhibent, Aristarcho vindicare non ausim.

Tertio loco consideremus quid ex scholiis de Callicolone colligi possit.

Ad *K* 160, ubi Nestor Diomeden excitat hisce verbis:

ἔγρεο, Τυδέος υἱέ. τί πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς;
οὐκ ἀΐεις, ὡς Τρῶες ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο
εἵαται ἄγχι νεῶν, ὀλίγος δ' ἔτι χῶρος ἐρύκει;

codd. AB nullo prorsus discrimine tradunt quid sit θρωσμὸς πεδίοιο. In Veneto B autem scholium est intermarginale ac verba haec sunt:

τόπος ἐστὶν ὑψηλὸς ἐν τῷ πεδίῳ πρὸ τῆς Ἰλίου, ὃς ὀνοματικῶς καλεῖται Θρωσμός, ὡς καί ἕτερος Καλλικολώνη, ᾧ στρατοπέδῳ ἐχρῶντο οἱ Τρῶες, εἴ ποτε τῆς πόλεως ἔξω τάσσοιντο.

Quod Veneti AB ad Υ 3 de eodem loco afferunt, est Demetrii Scepsii, quemadmodum quae in codice B de Callicolone reperiuntur ad Υ 53, quo facilius credere possimus, schol. A ad Υ 53:

ὅτι τόπος οὕτως καλεῖται ἐπὶ τῆς Ἴδης, θεῶν Καλλικολώνη. οὐ δεόντως οὖν τινες ἀνέγνωσαν θέων ἀντὶ τοῦ τρέχων

petitum fuisse ex Aristarcho. Ad eundem enim versum alterum scholium quoque habet Venetus A:

θεῶν) Ἡρόδικος βαρέως ἀνεγίνωσκεν ὡς τρέχων, μετοχὴν ποιῶν· ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος περιέσπα, λέγων οὕτως καλεῖσθαι τὸν τόπον θεῶν Καλλικολώνη, ὥσπερ καὶ Ἀχαιῶν λιμήν.

E proximo scholio verba *ὥσπερ καὶ Ἀχαιῶν λιμήν* fortasse post *θεῶν Καλλικολώνη* exciderunt.

Tota autem annotatio quae Aristarchum habuit auctorem, e commentatione de navalibus hausta fuisse potest, etsi non debet.

Ad ultimum denique locum ipsa disquisitio nos adduxit. Dicturus igitur de Scamandro, agam de iis notis quas hoc de flumine colligere potui.

Ad *Z* 4, ut hinc ordiar, ubi legimus:

πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο,

ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα,
μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων

Venetus A exhibet:

ὅτι ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἐγέγραπτο
μεσσηγὺς ποταμοῖο Σκαμάνδρου καὶ στομαλίμνης
διὸ καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι φέρεται. καὶ ὕστερον δὲ περιπεσὼν ἔγραψε
μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων
τοῖς γὰρ τοῦ ναυστάθμου τόποις ἡ γραφὴ συμφέρει, πρὸς οὓς μάχονται,

scil. hi versus illa lectione retenta (Lehrsius p. 226).

Ibidem doctus Germanus deleto καὶ ante ὕστερον proposuit ἐν ταῖς Ἀριστάρχείοις (quod apud Dindorfium Vol. I p. 226 in annotatione scriptum: ἐν τοῖς Ἀριστάρχείοις mendum est typographicum).

Sengebuschius autem Diss. Hom. p. 28, a Dindorfio laudatus, legi vult τῇ προτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχείων, quae emendatio mihi quidem paullo violentior videtur. Addit porro Dindorfius in eadem nota haece: «De Aristarcho hic agi docent sequentia verba ἐν τοῖς ὑπομνήμασι et ὕστερον περιπεσών, quae ad alteram referenda sunt editionem Aristarchi.»

Quamquam, licet tiro sim, Pindari verba γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος in me non quadrant, utpote ἀπτόλεμον καὶ ἄναλκιν, attamen viro clarissimo assentiri non possum. At ne longius abeam, meam sententiam modeste proferam.

Scholium quod supra laudavi nota est Aristonici atque

ex verbis *διὸ καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι φέρεται*, nisi fallor, apparet initium scholii referri debere ad Homeri recensionem Aristarcheam. Praeterea lectionem *ἀρχαίοις*, compendio *ἀριστα*$^{\chi}_{\rho}$ (cf. Dindorfius Vol. II p. 209) male expleto, ex *Ἀριστα*$^{\chi}_{\rho}$*χείοις* vel *Ἀριστάρχου* ortam esse, facile credi potest. Schol. A ad *O* 449 insuper docet, dissertationem de navalibus post commentarios scriptam fuisse. Illud adverbium *ὕστερον* ibi quoque occurrit, quo significetur *ἐν τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου*, qui titulus tamen diserte laudatur. Denique in scholio, de quo nunc agitur, adduntur verba *τοῖς γὰρ τοῦ ναυστάθμου τόποις ἡ γραφὴ συμφέρει*. Ergo suspicor, Aristarchum lectionem

μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων

priore reiecta, probavisse in commentatione *περὶ τοῦ ναυστάθμου*.

De Scamandro, ut haec obiter moneam, scripsit Forchhammer in Fleckeisenii Annalibus CXIII p. 320 sqq., ubi vir doctissimus me quidem iudice minus recte interpretari videtur: «die eine Quelle fliesz sanft, *ὕδατι λιαρῷ* (*X* 149)». *Λιαρός* enim est *tepidus*, cuius notionis luculentum exemplum afferunt Eurypyli preces ad Patroclum *Λ* 829:

μηροῦ δ' ἔκταμ' ὀιστόν, ἀπ' αὐτοῦ δ' αἷμα κελαινὸν
νίζ' ὕδατι λιαρῷ, ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε,

atque ea quae Agamemnonis anima respondet manibus Achillis *ω* 43:

αὐτὰρ ἐπεί σ' ἐπὶ νῆας ἐνείκαμεν ἐκ πολέμοιο,
κάτθεμεν ἐν λεχέεσσι, καθήραντες χρόα καλὸν
ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι.

Item αἷμα vocatur λιαρόν Λ 477. Quandoquidem οὖρος etiam λιαρός dicitur ε 268, η 266, id est ventus tepidus, itaque mitis, lenis, dulcis, facile intelligemus quaenam sit huius vocabuli vis Ξ 164, ubi Iuno consilium cepit, ut Iovi

ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε
χεύῃ ἐπὶ βλεφάροισιν ἰδὲ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν.

Sed propius sensus adiectivi λιαρός quod idem est ac χλιαρός, non alius est nisi *tepidus*. Cf. praeterea Vaniçek Gr. Lat. Etym. Wörterb. Vol. I. p. 244, ubi inter alia et haec: «χλίω warm werden, schmelzen, zerfließen; übertr. üppig sein, schwelgen, prunken; χλιαίνω wärmen, χλίανσις das Wärmen; χλιαρός warm, lau; χλιαρότης Erwärmung.»

At non diutius in his morabor. Redeundum enim mihi est ad scholia quae de Scamandro agunt. Sunt haece: A ad Θ 560, M 22, Ξ 434, Υ 40, Φ 1, Χ 151; B ad Κ 274, Χ 147, 149, 152, 154 et AB ad Β 467, Υ 74, e quo numero A ad M 22 et Χ 151 de Scamandro eiusque fontibus atque A ad Θ 560, Ξ 434, Υ 40, 74 de nomine Xanthi notae mihi esse videntur Aristarcheae.

M 17 sqq. legitur:

μητιόωντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων
τεῖχος ἀμαλδῦναι, ποταμῶν μένος εἰσαγαγόντες,

ὅσσοι ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἅλαδε προρέουσιν,
Ῥῆσός θ' Ἑπτάπορός τε Κάρησός τε Ῥοδίος τε
Γρήνικός τε καὶ Αἴσηπος διός τε Σκάμανδρος
καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι
κάππεσον ἐν κονίῃσι καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν,

ad quem locum in Veneto A adscriptum est:

ὅτι ἀμφίβολον μὲν ἐπὶ ποτέρου τῶν ποταμῶν λέγει, τοῦ Σκαμάνδρου ἢ τοῦ Σιμοῦντος, δεκτέον δὲ ἐπὶ τοῦ Σιμοῦντος· διὰ μέσου γὰρ τοῦ πεδίου φέρεται. καὶ ὅτι ἀνέγνω Ἡσίοδος τὰ Ὁμήρου ὡς ἂν νεώτερος τούτου· οὐ γὰρ ἐξενήνοχε τοὺς ποταμούς, μὴ ὄντας ἀξιολόγους, εἰ μὴ δι' Ὅμηρον· καὶ τῷ Σιμοῦντι προσέθηκεν ἐπίθετον τὸ θεῖόν τε Σιμοῦντα (Theog. 342).

Non crediderim haec in disputationem perditam transferenda esse. Fieri autem potest, ut Aristarchus agrum Troianum in illa commentatione adumbrans, scripserit ὁ Σιμόεις διὰ μέσου τοῦ πεδίου φέρεται, quam tamen coniecturam testimoniis non possum firmare.

De huius scholii exordio cf. A ad Σ 10:

ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἀμφίβολον, πῶς Μυρμιδόνων ἄριστον λέγει τὸν Πάτροκλον Λοκρὸν ὄντα.

Haec nota quae Aristonici est, itaque Aristarchi, Patrocli attingit nationem. In altero ad eundem locum scholio haec legimus:

δεῖν δέ φησιν ὁ Ἀρίσταρχος οὕτως αὐτὸ παραδέχεσθαι, τὸν μετὰ τὸν ἄριστον τῶν Μυρμιδόνων,

quae observatio superlativum ἄριστον spectat et expli-

care debet quonam pacto Patroclus Myrmidonum fortissimus dici possit, quippe quum hoc epitheton in Achillem tantum quadret. Laetus vidi idem sentire Mauritium Schmidtium, qui, ut nota docuit apud Dindorfium Vol. II p. 147, legi vult: *παραδέχεσθαι τὸν μετ' αὐτὸν ἄριστον τῶν Μυρμιδόνων.* Utcunque est, hic habemus duas inter se diversas eiusdem loci expositiones Aristarchi, quas igitur ex una et eadem Aristarchi scriptione haustas fuisse negandum.

Altero loco, ut eo revertar, unde digressus sum, de Scamandri agitur fontibus, quarum *πηγῶν*

ἡ μὲν ὕδατι λιαρῷ ῥέει, ἀμφὶ δὲ καπνὸς
γίνεται ἐξ αὐτῆς ὡς εἰ πυρὸς αἰθομένοιο·
ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
ἢ χιόνι ψυχρῇ ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ.

Ad eos versus (X 149 sqq.) et quidem ad vocabulum *θέρεϊ* Venetus A scholium affert hoce:

ὅτι ἐκ τῆς ἀντιδιαστολῆς ταύτης σαφὲς ὅτι ἡ ἑτέρα πηγὴ ὕδατι ῥεῖ κατὰ χειμῶνα,

quae observatio potius nota mihi esse videtur exegetica quam locus excerptus *ἐκ τῶν περὶ τοῦ ναυστάθμου.*

Idem valet de reliquis scholiis, ubi nomen memoratur Xanthi. E quibus quod A exhibet ad Θ 560:

ὅτι οὐ προσυστήσας τὸν Σκάμανδρον Ξάνθον καλεῖ, ἀλλὰ διὰ τῶν ἑξῆς

ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον

similibus paene verbis ad Ξ 434 et Υ 40 quoque legitur. *Τὰ ἑξῆς* inveniuntur Υ 74, ubi cod. A monet:

ὅτι τὸ διφορούμενον τῆς ὀνομασίας νῦν διέστησεν,

et Venetus B:

ἐνταῦθα δὲ μόνον τὴν διωνυμίαν ἐπισημαίνεται.

Talia quidem sunt, ut tandem faciam finem, quae de disputatione, cuius vestigia tantum ad nos pervenerunt, eruere mihi contigit. Id igitur restat, ut videamus numquid in commentatione *περὶ τοῦ ναυστάθμου* instauranda profecerimus.

CAPUT III.

---

§ 11.

Conclusio.

Iuvat etsi ingenue pro aetate tamen longe modestius quam liberius expromere quo modo nunc Aristarcheae commentationis vestigia habeant. Qua in re, ut sincere loquar, agam perinde ac si in superioribus rem acu tetigerim. Quo enim pacto aliquis crediderit, talem argumentationem qualem protuli, umquam concludi posse, si exploratione modo absoluta iam statim multa in via ac ratione peccasse putemus et perpetuo haereamus in iis de quibus nullo prorsus modo ne addubitari quidem possit? Ne quis tamen hoc summam ducat stultitiam et temeritatem, Lectorem ad meam ipsius disputationem relego, ubi semper quod sciam certa a dubiis, perspicua ab obscuris distinguere studui.

Quorsus igitur haec? Ut saltem videas, me quidem ea quae incertissima sunt, non existimare probabilia, neque quae verisimilia tantum esse videntur, pro compertis habere. Atque hoc ipsum in causa fuit, cur §§ 1, 2, 6, 7 et quaedam ex § 10 hic intacta reliquerim. Neque tamen ita silentio haec omnia erant involvenda, ut non quorundam in vestigiis deperditae commentationis indagandis fieret mentio.

Sed hoc misso, primum verba facienda de fontibus, unde mihi hauriendum erat.

Nullam omnino materiam nobis suggesserunt Apollonius, Demetrius Scepsius, Strabo atque Apollodorus.

Perpauca tantum Eustathius attulit at ne haec quidem satis firmis argumentis in Aristarchi disquisitionem transferri possunt:

Itaque restant scholia Graeca, quibus primarius, ne dicam, unicus locus est attribuendus. Illorum scholiorum collectio, ut notum, ex quatuor grammaticorum commentariis composita est, Aristonicum, Didymum, Herodianum et Nicanorem volo, e quibus duo tantum mihi prodesse poterant, et quidem Aristonicus multo plus quam Nicanor. Quorum grammaticorum quid illi debeam, quid autem alteri, ex superiore commentatione satis liquet.

Nunc vero paullulum progredi licet, ut iis observationibus, quae ex Aristarchi commentationis topographicae certissimis locis necessaria consecutione sequi mihi

videbantur in Introductione pag. 13, quaedam aliae subiungi possint.

De tabula, quam schol. A ad Λ 166 et 807 appellat τὸ τοῦ στρατοπέδου vel τὸ περὶ τοῦ ναυστάθμου διάγραμμα nihil prorsus repperi.

Schol. A ad M 258 et Σ 68 eo ducunt, ut Nicanorem commentationem perditam ad manum habuisse putem. Quod si ita est, tempore Hadriani (vid. Suidas i. v. Νικάνωρ) disputatio deperdita nondum perierat.

Criticum Alexandinum disquisitionem de navalibus post commentarios scripsisse, liquido constat ex schol. A ad O 449, quocum scholio cf. quae disputavi § 10 pag. 88 sqq. de schol. A ad Z 4.

Ne punctum quidem temporis porro dubitandum quin quaedam in quibus olim errasse sibi videretur, ibidem correxerit. Vid. praeter notas laudatas schol. A ad M 258 atque AB ad O 385 et 449, de quibus § 8 disserui.

Ut iam in Introductione vidimus, doctus grammaticus non tantum castra Graecorum descripsit, sed etiam Troiam agrumque Troianum adumbrasse videtur. Utrum autem Ilii atque Iliensium planitiei seorsum fecerit mentionem, an vero quae his de rebus tradiderit, aliis suae commentationis partibus passim attexuerit, incertum. Hoc tamen cadit in oculos, eas notas quae de castris aliquid afferunt, iis quibus urbs et loca vicina continentur plures esse et copiosiores. Quod aeque valet de

locis quos e disputatione de navalibus haustos esse constat ac de iis quos probabili ratione illinc petitos fuisse putamus. Nec sane mirandum eum qui de navalibus scriberet Troiam agrumque Troianum non nisi strictim attigisse.

De ambitu quidem et forma scriptionis perditae pronunciare non ausim. Prorsus enim desunt testimonia. Videamus vero an sciri aliquid possit de ordine, quem in rebus tractandis Aristarchus sibi proposuit.

Ad *K* 53 hanc annotationem legimus:

ὅτι ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου ὁ Ἀρίσταρχος ἐπραγματεύσατο.

Cur hic demum? Nihil difficilius scitu est. Iam enim antea copia dabatur talis observationis, ad *Γ* 230 e. g., quin etiam ad *B* 558, ubi tamen silent codices. Neque versus ille eorum qui de navium statione agunt, gravissimus dici potest, immo vero hanc annotationem potius exspectabas ad *A* 6, ubi praecipuos ordinis locos poeta commemorat, medium volo locum quem tenebat Ulysses et utrumque cornu, quorum dextrum Achilles, Aiax Telamonis filius sinistrum tutabatur. Invenitur quidem ad locum laudatum scholium hoce:

ὅτι ἐν μέσῳ τὰς Ὀδυσσέως ὑποτίθεται, ἐφ' ἑκατέρου δὲ κέρατος τὰς Ἀχιλλέως καὶ Αἴαντος

at Aristarchi commentatio chorographica silentio praeteritur. Itaque prorsus non video, quam ob causam ad *K* 53 potissimum nota illa adscripta sit.

Unicus porro locus, ubi alia citantur, reperitur in Veneto A ad *Γ* 230:

ἡ διπλῆ, ὅτι πλησίον ὁ Ἰδομενεὺς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου ἐτάσσετο καὶ κατὰ τὴν ἐπιπώλησιν (scil. *Δ* 251, 273) *συμφώνως. παραιτητέον ἄρα ἐκεῖνον τὸν στίχον τὸν ἐν τῷ καταλόγῳ ὑπό τινων γραφόμενον*

στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες (*B* 558)·

οὐ γὰρ ἦσαν πλησίον Αἴαντος Ἀθηναῖοι.

Unde sequitur, ut supra pag. 41 docui, Aristarchum ex *Γ* 230 effecisse, quid de reliquis locis censeret.

Hoc vero si excipimus, de ordine quem in commentatione condenda secutus sit, nihil constat. Coniecturam tamen sumere potes ex fine scholii B ad *O* 705 atque ex nota, quae in codice V legitur ad *M* 118.

Etenim in utroque scholio, si recte video, e castrorum portae situ colligitur, ubinam stationem habuerint Protesilaus et Lapithae.

Fac autem me non iniuria notas illas commentationi deperditae assignasse, quid inde sequitur? Nihil aliud, opinor, quam Aristarchum prius egisse de castrorum portis quam de ipsis navalibus. Utrum vero hoc argumentum statim post illud attigerit necne, discerni nequit.

Hanc igitur sequar rationem in iis, quae infra invenies, ut a portis faciam initium.

Inter alia autem portarum quoque numerus in causa fuit, cur Aristarchus *M* 175 sqq. reiecerit. Itaque scholium ad hunc locum subiungetur.

Rationi porro minime adversum videtur conicere scriptorem priusquam de navium statione egerit, earum dispositionem enarrasse.

Fateor quidem nullis testimoniis posse confirmari Aristarchum in navium statione illustranda a praecipuo Homeri loco orsum esse, Δ 6 dico, nec tamen alius ordo mihi videbatur hoc probabilior.

Quae ibi leguntur, aptissime cohaerent cum schol. AB ad Δ 491, de quibus dixi § 4 pag. 51 sqq. Qua de re quae coniectura persequi conatus sum, hic me quidem iudice annectenda erant. Quod idem valet de schol. A ad Δ 807.

Tum fortasse subsequebantur aliquot notae, quas sic sese excepisse suspicor: schol. A ad K 53, 112, Γ 230, schol. V ad M 118, finis scholii B ad O 705, schol. A ad N 681, K 110.

Quae continet schol. V ad N 686 critico Alexandrino vindicare non ausim. Sin autem haec etiam observatio eum habuerit auctorem, nusquam melius inseri potest quam post schol. A ad K 110.

Restat igitur quod Venetus A ad Δ 622 exhibet de loco quem occupabant Nestor et Machaon.

Quae argumentatio, nisi eam audacius quam verius protulerim, sic potest concludi:

«In navium statione illustranda Aristarchus primum quidem res praecipuas percurrit, deinde vero ducum ordinem descripsit sumpto a cornu sinistro initio.»

Ceterum, ut haec obiter moneam, omnes hac de re

notae ad illud cornu referri debent. Nihil enim prorsus, excepta brevi observatione de Achillis loco in schol. A ad *A* 6, reperire potui de cornu dextro.

Frustra equidem argumenta quaesivi, ex quibus colligi posset, cuinam commentationis parti ea quae § 8 de scholiis ad *O* 385 perhibui, assignare debeamus. Quum autem pugnam ad naves describant, ea post locos de navium statione inseram.

Utrum passim observationes suas de Troia atque agro Troiano interposuerit Aristarchus, an vero omnia quae huc pertinerent singulari disputationis parte complexus sit, hoc efficere, ut supra iam dixi, mihi non contigit.

Satius igitur duxi a coniecturis abstinere atque in fine ponere quae §§ 9 et 10 de Troiae portis, de fago, de Ili sepulcro, de variis lectionibus ad *Z* 4 huc pertinere mihi videntur.

Quibus omnibus rationibus ductus, suspicor Aristarchi de navalibus commentationem, quam in integrum, quoad eius potui facere, restituere tentavi, ea fere praebuisse, quae mox exscribam.

Denique hoc tantum addamus.

Quae quidem mox Latine scripta videbis per coniecturam interieci, ut omnia disputationis perditae vestigia, quot eruere mihi contigit, tam sententiarum quam rerum contextu inter se connexa, unum quasi corpus efficerent. Quae vero Graece conscripta invenies, ipsius quod sciam Aristarchi sunt verba, quae mutandi nulla me incessit

prurigo. Sic enim fore sperabam ut melius Aristarchi reliquiis consultum videretur. Quod moneo ne mireris hoc illove loco unam et alteram particulam desiderari. Excipe tamen, sis, schol. B ad *M* 175, 258 et 385, ubi res aliam rationem postulabat.

Ecce igitur, ut tandem absolvam, omnia quae in commentationem transferre ausim

'ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΑΥΣΤΑΘΜΟΥ.

ἐν δ' αὐτοῖσι (scil. *τοῖς πύργοις*) *πύλας ποιήσομεν εὖ*
ἀραρυίας,
ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς ἦῃ.

Voce *πύλαι πληθυντικῶς* utitur poeta. Ergo *μία ὑπέκειτο πύλη ἐν τῷ τείχει* (schol. A ad *H* 339) et quidem *κατ' ἀριστερὰ τοῦ ναυστάθμου* (schol. A ad *M* 118). Etenim *M* 118 irruit Asius:

νηῶν ἐπ' ἀριστερά, τῇ περ 'Αχαιοί
ἐκ πεδίου νίσσοντο σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν
τῇ ῥ' ἵππους τε καὶ ἅρμα διήλασεν

neque ibi

πύλῃσιν
εὗρ' ἐπικεκλιμένας σανίδας καὶ μακρὸν ὀχῆα.

Itaque *ἀθετητέοι* (*ἑπτὰ στίχοι οἵδε*)·

ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσιν·
ἀργαλέον δέ με ταῦτα θεὸν ὡς πάντ' ἀγορεῦσαι·

πάντῃ γὰρ περὶ τεῖχος ὀρώρει θεσπιδαὲς πῦρ
λάινον. Ἀργεῖοι δὲ καὶ ἀχνυμενοί περ ἀνάγκῃ
νηῶν ἠμύνοντο. θεοὶ δ' ἀκαχείατο θυμόν
πάντες, ὅσοι Δαναοῖσι μάχης ἐπιτάρροθοι ἦσαν.
σὺν δ' ἔβαλον Λαπίθαι πόλεμον καὶ δηιοτῆτα.

πρῶτον μὲν διὰ τὸ πύλας ἄλλας ὀνομάζεσθαι· μία δέ ἐστι [fortasse ins. παρῴδηνται ἐκ τοῦ

ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσι

schol. A ad *M* 175, vel schol. A ad *O* 414] εἶτα διὰ τὸ ‚ἀργαλέον δέ με ταῦτα", καὶ μὴν ἔφρασε τὴν τειχόμαχίαν· εἶτα καὶ διὰ τὸ Λαπίθαι· οὐ γὰρ δεῖ καὶ τοὺς πατέρας καὶ τοὺς υἱοὺς Λαπίθας καλεῖν (schol B ad *M* 175).

. . . . . .

Αἱ νῆες ἐφεξῆς ἑτάσσοντο (schol. A ad Σ′ 68)

οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὐρύς περ ἐὼν ἐδυνήσατο πάσας
αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν, στείνοντο δὲ λαοί·
τῷ ῥα προκρόσσας ἔρυον,

id est: κλιμακηδὸν νενεωλκῆμεναι ἕτεραι πρὸ ἑτέρων [διὰ τὸ ὑψηλὸν τοῦ τόπου? Eust. 965. 37] ὥστε θεατροειδὲς φαίνεσθαι τὸ νεώλκιον· κρόσσαι γὰρ αἱ κλίμακες (schol. A ad Ξ 35) non quod antea ἐν τοῖς ὑπομνήμασι censebam αἱ ἀκραὶ τῶν πύργων (Eust. 903. 7.) vel κεφαλίδες, vel ἔξοχαί (schol. A ad *M* 258). Etenim εἰ μὴ νοήσομεν κρόσσας τὰς κλίμακας, πῶς ἂν ἄλλως δύναιντο ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ τεῖχος (*M* 375);

οἱ δ' ἐπ' ἐπάλξεις βαῖνον ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσοι,
ἴφθιμοι Λυκίων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες

(schol. A ad *M* 375).

Unde sequitur *M* 258:

κρόσσας μὲν πύργων ἔρυον καὶ ἔρειπον ἐπάλξεις

πύργων ἔρυον accipiendum esse pro *ἐπὶ τοὺς πύργους* atque *ἔρυον* pro *ἀνεῖλκον, ὡς κλειστῶν καὶ συγκαμπτῶν οὐσῶν τῶν κλιμάκων.* Haud enim aliter *Λ* 333

οἱ δὲ μένοντες

ἔστασαν ὁππότε πύργος Ἀχαιῶν ἄλλος ἐπελθών

Τρώων ὁρμήσειε,

Τρώων ὁρμήσειε ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοὺς Τρῶας ὁρμήσειεν. οὕτω καὶ τὸ πύργων ἔρυον ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοὺς πύργους ἔρυον. καὶ N 502 „*ἀκόντισαν Ἰδομενῆος.* (schol. B ad *M* 258). [Inserendum videtur *ἀντὶ τοῦ ἀκόντισαν ἐπ' Ἰδομενῆα*].

. . . . . .

Λ 6 Eris

στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηὶ μελαίνῃ

ἠμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο

ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος, τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἐΐσας

εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν.

Itaque *ἐν μέσῳ τὰς τοῦ Ὀδυσσέως ὑποτίθεται* (scil. poeta) *ἐφ' ἑκατέρου δὲ κέρατος τὰς Ἀχιλλέως καὶ Αἴαντος* (schol. A ad *Λ* 6).

Ulyssem medium tenuisse, aeque patet ex *Θ* 223, ubi Agamemnon

στῆ (δ') ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηὶ μελαίνῃ,

ἣ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε.

(cf. schol. A ad l.l.). Neque contrarium testimonium praebere possunt Δ 488 sqq.:

τοῖον ἀρ' Ἀνθεμίδην Σιμοείσιον ἐξενάριξεν
Αἴας διογενής. τοῦ δ' Ἄντιφος αἰολοθώρηξ
Πριαμίδης καθ' ὅμιλον ἀκόντισεν ὀξέι δουρί.
τοῦ μὲν ἅμαρθ', ὁ δὲ Λεῦκον, Ὀδυσσέος ἐσθλὸν ἑταῖρον,
βεβλήκει.

Etenim συγχεῖται τὰ τῆς τάξεως διὰ τὴν τοῦ πολέμου ταραχήν (schol. A ad Δ 491). Nempe ἀδύνατόν ἐστι ἐπὶ τὸν Αἴαντα τὸ βέλος πεμφθὲν εἰς Ἰθακήσιον ἐλθεῖν οἱ γὰρ Ἰθακήσιοι πόρρω τεταγμένοι εἰσι, καὶ οὐ κατὰ τοὺς Σαλαμινίους καὶ Λοκρούς (schol. B ad Δ 491. Addito fortasse: igitur ὡς ποιητικὸν παραιτητέον).

Porro Δ 807:

κατὰ νῆας Ὀδυσσῆος θείοιο
ἵζε θέων Πάτροκλος, ἵνα σφ' ἀγορή τε θέμις τε
ἦην, τῇ δὴ καὶ σφι θεῶν ἐτετεύχατο βωμοί.

Itaque ὑποτίθεται (scil. Homerus) κατὰ μέσον τοῦ ναυστάθμου θεατροειδῆ τόπον εἰς ὄχλου συναγωγήν (schol. A ad Δ 807).

Agamemnon K 53 Menelaum orat, ut cito currat ad naves:

ἀλλ' ἴθι νῦν, Αἴαντα καὶ Ἰδομενῆα κάλεσσον.

Quia hic uterque uno tenore commemorantur, πλησίον τοῦ Αἴαντος ὁ Ἰδομενεὺς ἐνενεωλκήκει (schol. A ad K 53), quae statio ex K 112 quoque efficitur, ubi haec:

ἀλλ' εἴ τις καὶ τοῦσδε μετοίχομενος καλέσειεν,
ἀντίθεόν τ' Αἴαντα καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα·

τῶν γὰρ νῆες ἔασιν ἑκαστάτω, οὐδὲ μαλ' ἐγγύς.

(cf. schol. A ad *K* 112). Idem docet *Γ* 230, ubi Helena sic:

οὗτος δ' Αἴας ἐστὶ πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν.
Ἰδομενεὺς δ' ἑτέρωθεν ἐνὶ Κρήτεσσι θεὸς ὣς
ἕστηκ'

(cf. initium scholii A ad *Γ* 230) καὶ κατὰ τὴν ἐπιπώλησιν συμφώνως. Nempe *Δ* 251 Agamemnon

ἦλθε δ' ἐπὶ Κρήτεσσι κιὼν ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν
οἱ δ' ἀμφ' Ἰδομενῆα δαΐφρονα θωρήσσοντο

ac relicto Idomeneo statim *Δ* 273

ἦλθε (δ') ἐπ' Αἰάντεσσι κιὼν ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν.

παραιτητέον ἄρα ἐκεῖνον τὸν στίχον τὸν ἐν τῷ καταλόγῳ ὑπό τινων γραφόμενον (*B* 558)

στῆσε (scil. Αἴας) δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες
οὐ γὰρ ἦσαν πλησίον Αἴαντος Ἀθηναῖοι (schol. A ad *Γ* 230).

M 128 irrumpit Asius νηῶν ἐπ' ἀριστερά, atque in portam irruens, duos viros invenit fortissimos

υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων,
τὸν μὲν Πειριθόου υἱα, κρατερὸν Πολυποίτην,
τὸν δὲ Λεοντῆα, βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηι.

Ad laevam muri partem erat porta. In sinistro cornu stabat quoque Idomeneus. Atqui ibidem, scil. in porta, Asius Polypoiteum et Leontem invenit.

Itaque Λαπίθαι μετὰ Ἰδομενῆα νενεωλκήκασιν (schol. V ad *M* 128).

O 704 Hector

πρυμνῆς νεὸς ἧψατο ποντοπόροιο
καλῆς, ὠκυάλου, ἣ Πρωτεσίλαον ἔνεικεν
ἐς Τροίην, οὐδ' αὖτις ἀπήγαγε πατρίδα γαῖαν,

et *N* 679

ἔχεν, ᾗ τὰ πρῶτα πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο,
ῥηξάμενος Δαναῶν πυκινὰς στίχας ἀσπιστάων,
ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου.

Navis igitur Protesilai κατὰ τὰς πύλας πρώτη ἦν (schol. B ad *O* 705 in fine) ac πλησίον τοῦ Πρωτεσιλάου ὁ Λοκρὸς Αἴας ἐνενεώλκει (schol. A ad *N* 681).

K 108 verba sunt Nestoris:

ποτὶ δ' αὖ καὶ ἐγείρομεν ἄλλους,
ἠμὲν Τυδείδην δουρικλυτὸν ἠδ' Ὀδυσῆα
ἠδ' Αἴαντα ταχὺν καὶ Φυλέος ἄλκιμον υἱόν.

Ergo πλησίον τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος ὁ Μέγης ἐνενεωλκήκει (schol. A ad *K* 110, addito probabiliter quod ibidem legitur: καὶ διέσταλκε δὲ προσθεὶς ταχύν).

[τὸν μὲν Λοκρὸν Αἴαντα ταχὺν πολλαχοῦ λέγει, τὸν δὲ Σαλαμίνιον ἀντίθεον. Eust. ad l. l. 792. 45.

N 686:

Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες
Λοκροὶ καὶ Φθῖοι καὶ φαιδιμόεντες Ἐπειοί
σπουδῇ ἐπαΐσσοντα νεῶν ἔχον, οὐδ' ἐδύναντο
ὦσαι ἀπὸ σφείων φλογὶ εἴκελον Ἕκτορα δῖον
οἱ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
ἦρχ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς, οἱ δ' ἅμ' ἕποντο

Φείδας τε Στιχίος τε Βίας τ' ἐὺς· αὐτὰρ Ἐπειῶν
Φυλείδης τε Μέγης Ἀμφίων τε Δρακίος τε.

Itaque *εἰσι (δ') αὐτῶν* (scil. *Φθίων*) *τάγματα μεταξὺ Λοκρῶν καὶ Βοιωτῶν* (schol. V ad *N* 686) atque Epei (schol. V ad *N* 691) *μεταξὺ ἦσαν Ἀθηναίων καὶ Λοκρῶν, διό φησιν*

Αἴαντα ταχὺν ἢ Φυλέος υἱὸν ἄνωγον

(*K* 175). Suntne haec omnia hic inserenda?]

Nestor et Machaon *Λ* 618

ὅτε δὴ κλισίην Νηληιάδεω ἀφίκοντο,
αὐτοὶ μὲν ῥ' ἀπέβησαν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν,
ἵππους δ' Εὐρυμέδων θεράπων λύε τοῖο γέροντος
ἐξ ὀχέων. τοὶ δ' ἱδρῷ ἀπεψύχοντο χιτώνων,
στάντε ποτὶ πνοιὴν παρὰ θῖν' ἁλός· αὐτὰρ ἔπειτα
ἐς κλισίην ἐλθόντες ἐπὶ κλισμοῖσι καθῖζον,

e quo loco *σαφὲς, ὅτι οὗτοι πρὸς τῇ θαλάσσῃ νεγεωλκήκασιν* (schol. A ad *Λ* 622).

. . . . . .

Legitur *O* 384:

ὣς Τρῶες μεγάλῃ ἰαχῇ κατὰ τεῖχος ἔβαινον,
ἵππους δ' εἰσελάσαντες ἐπὶ πρυμνῃσι μάχοντο
ἔγχεσιν ἀμφιγύοις αὐτοσχεδον· οἱ μὲν ἀφ' ἵππων,
οἱ δ' ἀπὸ νηῶν ὑψι μελαινάων ἐπιβάντες.

Hic igitur *ἰδίωμα γεγένηται περὶ τὴν μάχην. τῶν γὰρ Τρώων ἕως τοῦ τείχους γεγονότων οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν πρυμνῶν μάχονται· διὸ οἱ Τρῶες ὅπως ἀπ' ἴσου βάλλοιεν ὕψους, ἀπὸ τῶν ἁρματείων δίφρων αὐτοὶ μάχονται, ὥστε*

ἀποστραφῆναι τοὺς ἵππους ὡς ἐπὶ τὴν Ἴλιον. ἔσονται δὲ καὶ οἱ ἡνίοχοι ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν τετραμμένοι, τὰ δὲ νῶτα δόντες τοῖς πολεμίοις, οἱ δὲ παραβάται σκέποντες αὐτοὺς ἅμα καὶ μαχόμενοι. διὸ καὶ ὁ ἡνίοχος Πουλυδάμαντος Κλεῖτος κατὰ τὸν αὐχένα τέτρωται (schol. B ad *O* 385). Unde manifestum redditur iniuria me *O* 449—451, ubi haec leguntur:

Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος· τάχα δ' αὐτῷ
ἦλθε κακόν, τό οἱ οὔτις ἐρύκακεν ἑμέθεν περ·
αὐχένι γάρ οἱ ὄπισθε πολύστονος ἔμπεσεν ἰός

ob vulneris rationem antehac iudicasse spurios. Etenim τὰ τῆς πληγῆς, ut supra demonstravi, non fuerunt ἀνακόλουθα (schol. A ad *O* 449).

. . . . . .

Quae de Troiae porta inveniuntur *B* 809:

πᾶσαι δ' ὠίγνυντο πύλαι

ac passim occurrunt, ἔμφασιν ἔχει πολλῶν πυλῶν, μία δέ ἐστι καὶ πληθυντικῶς εἶπε πύλαι. τὸ δὲ πᾶσαι ἀντὶ τοῦ ὅλαι, ὡς

θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον

(Ψ 135. Schol. A ad *B* 809 ac Θ 58).

M 238 de avibus dicitur:

τῶν οὔτι μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω,
εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Itaque δύο διαστάσεις οἶδεν Ὅμηρος κοσμικάς, ἀνατολὴν καὶ δύσιν· καὶ δεξιὰ μὲν τὰ πρὸς ἀνατολάς, ἀριστερὰ

δὲ τὰ πρὸς δυσμὰς λέγει (schol. A ad *M* 239). Atqui adiectivum σκαιός notat *occidentalis*. Igitur ἐν ἀριστερᾷ τοῦ τείχους αἱ σκαιαὶ πύλαι ἔκειντο (schol. B ad *X* 6). τὰς σκαιὰς ὀνοματικῶς Δαρδανίας λέγει (schol. A ad *Z* 237). σκαιαὶ δὲ καὶ Δαρδάνιαι αἱ αὐταί (schol. A ad *I* 354)· φησὶ γὰρ

οὐδέ ποτε Τρῶες πρὸ πυλάων Δαρδανιάων
οἴχνεσκον (*E* 789)

καὶ

Ἰλίου προπάροιθε πυλάων τε Σκαιάων (*X* 6)

καὶ

ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν
(*Z* 237, *I* 354. Schol. B ad *E* 789, A ad *I* 354).

Ergo πρὸ τῶν πυλῶν τὴν φηγὸν ταύτην ὑποτίθεται (scil. poeta. Schol. A ad *H* 22. Cf. schol. A ad *I* 354 in fine). Quare

ἀλλήλοισι δὲ τώγε συναντέσθην παρὰ φηγῷ (*H* 22)

Minerva et Apollo. Illa quidem

βῆ ῥα κατ' Οὐλύμποιο καρήνων αἶξασα
Ἴλιον εἰς ἱερήν. τῇ δ' ἀντίος ὦρνυτ' Ἀπόλλων
Περγάμου ἐκκατιδών, Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην.

Troiani, ab Agamemnone fugati, *Λ* 166

πάρ' Ἴλου σῆμα, παλαιοῦ Δαρδανίδαο,
μέσσον κὰπ πεδίον, παρ' ἐρινεὸν ἐσσεύοντο
ἱέμενοι πόλιος,

ὁ ἐρινεὸς οὐκ ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ, ἀλλ' ἐγγὺς τῆς πόλεως.

λαὸν δὲ στῆσον παρ' ἐρινεόν, ἔνθα μάλιστα

ἀμβατός ἐστι πόλις (*Z* 433)

καὶ ἀλλαχοῦ

οἱ δὲ παρὰ σκοπιὴν καὶ ἐρινεόν (*X* 145).

ταῦτα μέν, ὅτι πλησίον τοῦ τείχους ὁ ἐρινεός, ὅτι δὲ καὶ ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ ἐστι τὸ Ἴλου σῆμα, φανερὸν ἐξ ἐκείνου

Ἕκτωρ μὲν μετὰ τοῖσιν, ὅσοι βουλὰς βουλεύουσιν
θείου παρὰ σήματι Ἴλου

(*K* 414)[1]) ἐπαυλίζονται δὲ ἐν μέσῳ τῷ πεδίῳ ἐπὶ θρωσμοῦ

οὐκ ἀΐεις ὡς Τρῶες ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο (ibid. 160)

ὅ τε Ἀλέξανδρος ἐν ταύτῃ τῇ ῥαψῳδίᾳ τοξεύει

στήλῃ κεκλιμένος Ἴλου Δαρδανίδαο

(*A* 371)[2]) ἡ δὲ μάχη ἐν τῷ πεδίῳ (schol. A ad *A* 166).

. . . . . .

Z 4 non est legendum, ut antehac putavi

μεσσηγὺς ποταμοῖο Σκαμάνδρου καὶ στομαλίμνης

sed

μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων,

τοῖς γὰρ τοῦ ναυστάθμου τόποις ἡ γραφὴ συμφέρει, πρὸς οὓς μάχονται (schol. A ad *Z* 4).

---

1) Legitur: ὅσοι βουληφόροι εἰσίν, βουλὰς βουλεύει.

2) At non sic erat laudandum, opinor, sed ἐπὶ τύμβῳ Ἴλου Δαρδανίδαο.

Talia igitur fere sunt quae inter alia hodie incognita in Aristarchi commentatione de navalibus olim lecta esse videntur. Quibus de fragmentis quantum liquido constet quaenam contra plus minusve dubitationi sint obnoxia, post ea quae in superioribus capitibus disputavi, non opus est ut hic iterum repetam. Plura et luculentiora dare cum fortasse ipsius argumenti ratio, tum iuvenilis aetatis imbecillitas me vetabat. Utut est

ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετύξευται βέλος,
μένω δ' ἀκοῦσαι πῶς ἀγὼν κριθήσεται.

THESES.

THESES.

I.

Aristarchum disputationi de navalibus addidisse tabulam, non veri est simile.

II.

Apud Eust. 966. 16:

πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στηθεσσιν Ἀχαιῶν (Ξ 40)
τουτεστιν ἐθρόησεν, ἐξεφόβησεν,

corrige ἐθορύβησεν aut ἐπτόησεν.

III.

Antig. 688 sq.:

σοῦ δ' οὖν πέφυκα πάντα προσκοπεῖν, ὅσα
λέγει τις, ἢ πράσσει τις, ἢ ψέγειν ἔχει.

probabiliter dedit poeta:

λέγει τις, ἢ 'παινεῖν τί σ', ἢ ψέγειν ἔχει.

IV.

Ibid 705 sq.:

μὴ νυν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει,
ὡς φῂς σὺ, κοὐδὲν ἄλλο, τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν.

transpone:

ὡς φῂς σὺ τοῦτο κοὐδὲν ἄλλ' ὀρθῶς ἔχειν.

V.

Oed. Reg. vs. 1369 sqq:

ὡς μὲν τάδ' οὐχ ὧδ' ἔστ' ἀρίστ' εἰργασμένα,
μή μ' ἐκδίδασκε, μηδὲ συμβούλευ' ἔτι.
ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις βλέπων
πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον εἰς Ἅιδου μολών,
οὐδ' αὖ τάλαιναν μήτερ', οἶν ἐμοὶ δυοῖν
ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα.

hoc εἰργασμένα versu 1374 Sophocli abiudicandum videtur, qui fortasse scripsit:

ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης δεδραμένα.

VI.

Soph. O. C. 1759 sqq.:

ὦ παῖδες, ἀπεῖπεν ἐμοὶ κεῖνος
μήτε πελάζειν ἐς τοῦσδε τόπους
μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν
θήκην ἱερὰν, ἣν κεῖνος ἔχει·

monstrum alunt verba ἐπιφωνεῖν μηδένα.

VII.

Eur. Ion. 15 sqq.:

ὡς δ' ἦλθεν χρόνος,
τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ' ἀπήνεγκεν βρέφος
εἰς ταὐτὸν ἄντρον οὗπερ ηὐνάσθη θεῷ
Κρέουσα, κἀκτίθησιν ὡς θανούμενον
κοίλης ἐν ἀντίπηγος εὐτόρνῳ (v. Herw.) κύκλῳ
κτλ.

commate posito post θεῷ, versus 18 si abesset, non desideraretur.

VIII.

Theophr. Char. X:

καὶ ὅσα μικροῦ τις πριάμενος λογίζεται (scil. ὁ μικρολόγος), πάντα φάσκειν εἶναι ἄγαν· καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων· καὶ

τῆς γυναικὸς ἐκβαλούσης τρίχαλκον οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰς κιβωτοὺς καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα· καὶ ἐάν τι πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι, ὥστε μὴ λυσιτελεῖν τῷ πριαμένῳ·

ultima verba inde ab καὶ ἐάν τι πωλῇ melius leguntur post vocabula:

καὶ ὅσα μικροῦ τις πριάμενος λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶναι ἄγαν·

IX.

Id. Char. XIII:

καὶ ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσει (scil. ὁ περίεργος) οἶνον τῷ μαλακιζομένῳ, φήσας βούλεσθαι διάπειραν λαμβάνειν εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα·

retenta lectione vulgata εὐτρεπίσαι transpone:

διάπειραν λαμβάνειν, φήσας βούλεσθαι εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα·

X.

Luc. Adv. Indoct. 9:

τούτοις ἅπασι προεκπλήξας τὸ θέατρον καὶ θαυμαστῆς ἐλπίδος ἐμπλήσας τοὺς θεατάς, — ἀνακρούεται μὲν ἀνόρμοστόν τι καὶ ἀσύντακτον κτλ.

expungenda videntur verba: τοὺς θεατάς.

XI.

Schol. ad Iuv. Sat. VII. 60 scribendum cum Pithoeo:
insanire pauper non potest, aut moveri ad scribendum, quia familiaribus rebus consulere cogitur. Dicunt nam, nisi insanum, poetam esse non posse.

pro vulgata lectione:
quia cum familiaribus rebus consulit non cogitur.

XII.

Schol. ad Iuv. Sat. IX. 50:
In cultu viridem: gemmata dextrocheria
scribe:
Sucina: gemmata dextrocheria.

XIII.

Scholia ad Iuv. Sat. XIV, 33 et 34:
33. Unus et alter: pater et avus.
34. Forsitan haec sperant: id est turpia.
sic restituenda sunt:
33. Magnis auctoribus: pater et avus.
34. Unus et alter forsitan haec spernant: id est turpia.

XIV.

Tac. Ann. I. 66:

Forte equus abruptis vinculis vagus et clamore territus quosdam occurrentium obturbavit. Tanta inde consternatio inrupisse Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas.

pro *obturbavit* sensus postulare videtur *obtrivit*.

XV.

De gissing, dat Herodotus eerst op het laatst van zijn leven, en wel, zooals Plin. N. H. XII. 4. 8 zegt, te Thurii zijne Historiën schreef, is het aannemelijkst.

XVI.

Zoo de Staten der Vereenigde Provinciën sedert 1607 ooren hadden naar aanbiedingen van vrede, is daarvan de oorzaak, dat eerst van toen aan de vijand den rechten weg insloeg om vrede te bekomen.

XVII.

In Maerlants Alexanders Geesten, X. vs. 69:

Gierecheit sat daer allene
Beloken in haren stene,
Hare hande onder hare liere
Ende bernende in den swerten viere.

moet in plaats van *Gierecheit* gelezen worden: *Traecheit.*

XVIII.

In het gedicht Theophilus, vs. 697:

Al dat ghi wilt, dat si ghedaen,
An uwen wille saelt al gaen
Beide mijn doen ende mijn laten;

verbetere men *gaen* in *staen.*

XIX.

De wezenlijke gedachte van een schilderstuk is eene schoonheidsgedachte, die niet in woorden is uit te drukken.

TER MEULEN.

XX.

Het geven van lager onderwijs levert grootere moeilijkheden op dan het doceeren aan middelbare scholen, gymnasia of eene universiteit.